IACOBI SIMANCAE CIuitatensis Episcopi, de primogenitis Hispaniæ Libri quinque.



SALMANTICÆ
Apud Ioannem Mariam à Terranoua.
M. D. L X V I.
CVM PRIVILEGIO.

Esta tassado en

Licencia.

DON Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragõ, de las dos Secilias, de Ierusalẽ, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valẽcia, de Galizia, de Mallorças, de Seuilla, de Cerdẽnia, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, delos Algarues, de Algezira, de Gibraltar, Conde de Flandes, è de Tirol. &c. Porquanto por parte de vos el Reuerẽdo en Christo padre dõ Diego de Simancas Obispo de Ciudad Rodrigo, nos fue fecha relacion, diziendo que vos auiades compuesto vn libro intitulado de Primogenitis Hispaniæ, el qual era muy vtil è prouechoso, y nos suplicastes os diessemos licẽcia è facultad para que lo pudiessedes imprimir è vender, mandando que por el tiempo q̃ nuestra merced è volũtad fuesse otra ninguna persona le pudiesse imprimir so graues penas, ò como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro

consejo, y el dicho libro, se hizieron las di-
ligencias que la prematica por nos agora
nueuamente hecha dispone, fue acordado
que deuiamos mandar dar esta nuestra car
ta para vos en la dicha razon, e nos tuuimos
lo por bien. Por la qual vos damos licencia
e facultad para que qualquier impressor de
stos nuestros Reynos pueda imprimir el di
cho libro que de suso se haze mencion, sin
que por ello cayga ni incurra en pena algu
na. E mandamos que despues de impresso
no se pueda vender ni venda, sin que prime-
ro se trayga al nuestro consejo juntamen-
te con el original que en el se vio, que va
rubricado e firmado al fin de Diego de Mo
dina nuestro escriuano de camara de los
que residen en el nuestro consejo, para que
se vea si la dicha impression esta confor-
me al original, y se le de licencia para lo
poder vender, e se le tasse el precio que
por cada volumen vuiere de auer, so pe-
na de caer e incurrir en las penas contenit-
das en la dicha prematica y leyes de nue-
stros Reynos. Dada en Madrid a seys dias
del

del mes de Setiembre de mil y quinientos e sesenta &. cinco años.

El Licenciado Diego de Espinosa. El Doctor Diego Gasca. El Licenciado Villagómez.

El Licenciado Larauа. El Licenciado Gómez de Montaluo. El Doctor Suarez de Toledo.

Yo Diego de Medina escrivano de camara de su Catholica Majestad la fize escrevir por su mandado con acuerdo de los del su consejo.

ADMODVM EXcelſo ac præpotenti Hiſpaniarum Principi CAROLO, Iacobus Epiſcopus Ciuitatenſis. S.

QVVM meorũ laborum curſus, quos ab ineunte ætate in ſtudio literarum & iuris ſcientia poſui, & non negligenter hauſi, huc ſpectaret, ſi quã mihi facultatem cõparare poſſem, reipublicæ vel opera, vel conſilio, ſcriptiſq; ſeruiendi: librũ confeci, de Catholicis inſtitutionibus, quem PHILIPPO Regi inuictiſsimo patri tuo dicaui: quaſi diuinaré, paulò pòſt, gentẽ Britannam ipſius induſtria & autoritate ex varijs & pernicioſis erroribus ad ſanitatem & fidem catholicã, quod factum eſt cum magna Chriſtiani orbis gratulatione, redditurã. Quem librum cùm ſcirem ab eo nõ neglectum, ſed potiùs hilari fronte exceptũ, & carptim, dum otium à rebus, grauio-

grauioribus esset, lectitatum: hoc successu, regioq; fauore sublatus statui, mihi nō esse in eo genere cessandū. Itaq; tum alia quædam, tum librum cōposui, de rebus ad origi nem & ius primogenitorum pertinētibus: quo iure Hispani maximè ex cunctis natio nibus vtūtur. Et in eo quid iustum factu sit, quid iniquum, & quid faciat potissimū ad iustam memoriam & perpetuitatem, non neglīgēter est à nobis disputatum. Quem quidem ad te mitto, non solùm vt te quali cumq; possum, certè nō inepto, aut prorsus inutili munusculo colā: sed etiam cùm tu sis eodem iure Hispaniarum & multorū præterea regnorum legitimus hęres, nemini iu stiùs quàm tibi huiusmodi argumenti liber dicari poterat, à me pręsertim, qui omnem meam operam, studium & industriam, me deniq; totum auo tuo maximo Imperatori, patriq; optimo & fœlicissimo Regi, & tibi maximæ ac planè regiæ indolis
Principi iam pridem
dicaui.

ARGVMENTA Librorum.

Liber primus, De origine & causis primogenitorum.
Liber secundus, De controuersijs eorum.
Liber tertius, De abusibus autorum & successorum.
Liber quartus, De inconstantia & mutabilitate rerum humanarum.
Liber quintus, De perpetuis & iustis primogenitis.

❦DE PRIMOGENI-tis Hiſpaniæ. Lib.1.

Quæ ſint Hiſpanorum pri-mogenita. Cap.1.

HEBRAEORVM primogenita, quorũ in libris ſacris ſæpe mentio facta eſt, ab Hiſpanorũ primogenitis plurimũ diſtant. Illa enim ex prærogatiuis quibuſdam & eminentijs conſtabant: noſtratium verò primogenita nihil aliud eſſe videntur, quàm bona quædam ea lege colligata, vt integra & indiuidua ad primçuos filios pertineãt, cæteris fratribus penitùs excluſis. Et quia eiuſmodi bona in liberos maiores tranſeunt, idcirco maioratus, vulgo appellantur, quo vocabulo non grauabor vti, gratia euidentioris intelligentię.

De regis electione. Cap.2.

IN Hispanorum primogenita filij primæui succedunt eodem ordine, quo filij regum natu maximi. Quamobrem nō erit alienū, de regni successione imprimis disserere. Reges quidē, vt Aristoteles inquit, ab ipso statim initio electione creati sunt. Nam regnū in præsidium proborum hominum, contra iniurias popularium est cōstitutum. Et rex ipse ex numero proborum virorum creabatur, propterea quòd virtute, aut rerum virtute gestarum magnitudine præstaret, aut propter talis generis excellentiam. Nam regnum propriæ virtutis, aut generis, vel beneficiorum, aut honorum simul atq; potentiæ meritis tribuitur. Quāuis autem principio hæc ita essent, cum nemo rex nasceretur: semel tamē creato rege, nil minus oportuit, quàm vt eius successores electione reges crearentur: quia nec libera esset huiusmodi electio, nec concors, nec reipublicæ vtilis, nec deniq; bona. Quod plurimis quidem & maximis exemplis cōpertum est: idq; beat⁹ Ambrosius libro quinto hexameron,

5.polit. cap.10.

Cap.21.

rõ, Alfonsus Tostadus in librum Numerorum, & noster Sepulueda libro secundo, de regno, atq; alij quidam copiosè disseruerunt. Cap. 27. q. 36.

Regem non esse sorte creãdum. Cap. 3.

NEC sortibus princeps creandus est: ait enim Cicero, in sortibus temeritatem & casum, nõ rationem neq consilium valere. Etsicuti Philo, libro, de creatione principis, inquit: non decet principatum sorti committere, lubricæ rei pendenti à fortuna instabili. Sæpe enim accidit, vt ad principatũ sors euehat, quos vir bonus nõ ferret in subiectorum numero. Est sanè princeps propter virtutem eligendus: sors verò ad felicitatẽ non ad virtutem attinet, atque in sorte euẽtus est, non iudicium.

Regis filium patri succedere. Cap. 4.

CVM ergo nec suffragijs, nec sortibus reges creandi sint, planè relinquitur, mortuo rege, ad eius filium patris regnũ pertinere. Nã vt Iulius Paulus inquit, ratio naturalis, quasi lex quędam tacita, liberis parentum hęreditatem adijcit, velut ad debitam successionem eos vocãdo: & generali quodam omnium ferè gentium iure filij parentibus in regna succedunt.

L. vlti. ff. de bo. dã.

Vnum duntaxat filium succedere in regnum. Cap. 5.

SI verò rex plures filios procreauerit, non omnes simul reges esse debent, sed vnus tantummodo. Vt enim Homerus libro secundo Iliados inquit.

Non bona multorum ditio, rex imperet vnus.
Multos imperitare malum est, rex vnicus esto.
Non multi præsunt domini bene, sit caput vnum.

Et ciuis meus Lucanus cecinit,

Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas.

Inpatiens conſortis erit.

Herodianus quoq; libro octauo ait, incommunicabilem eſſe naturam poteſtatis.

Regnum non eſſe diuidendum. Cap. 6.

REgnum autem diuidendum nō eſt, ne inter fratres quidē: quia ſemel diuiſum regnum, debile fieret, atque imbecillum: ſæpe verò partitum, diſſolueretur penitus & interiret. Diuiſum regnum magni illius Alexandri corruit: & vt Quintus Curtius inquit, imperium quod ſub vno ſtare potuiſſet, dum à pluribus ſuſtineretur, ruit. Illud verò cōſideratius, quòd mortuo Dionyſio Siciliæ rege, in locum eius milites maximū natu ex filijs eius ſuffecerunt, quòd arbitrarentur, regnum firmius futurum, ſi penes vnum remanſiſſet, quàm ſi portionibus inter plures filios diuideretur: ſicuti Iuſtinus hiſtoricus memorat libro vigeſimoprimo.

Regnum ad filium primogenitum pertinere. Cap. 7.

CVm vnus dũtaxat regis filius in patris locũ succedere posſit, quis erit ille, niſi primogenitus? nemo ſanè alius. Multis enim magniſq; rationibus filij primogeniti fratrib⁹ præferuntur. Quòd primi fauſtũm patris matriſque nomen parentibus dederint. Quòd ætatis prærogatiua potiores ſint iure, vt pote priores tempore: Quòd parentibus ſint quodammodo coniunctiores. Denique, quòd naturæ dignitate cæteris antecellant. Quam obrem apud vniuerſos homines inſtitutum eſt, vt maximus natu liberorum obtineat principatum, vt Herodotus libro ſeptimo eſt autor. Iuſtin⁹ quoq; libro decimoſexto, inquit, Ptolome⁹ contra ius gentium minimo natu ex filijs ante infirmitatem regnum tradiderat. Et libro trigeſimoquarto, Demetrius à Senatu poſtulabat, ſe dimitti ad regnum petendũ: quòd ſicuti iure gẽtium maiori fratri ceſſe-

rit,ita nũc ſibi,qui pupillum ætate antecedat,deberi. Omnium autem gentium in re aliqua conſenſio,lex naturæ putanda eſt.

Fœmina ſuccedit in regnum. Cap. 8.

NOn ſolũ legibus Hiſpaniæ filia regis patri ſuccedit, ſed id etiã plurimorum regnorum ius antiquiſsimum eſt. Nam Beroſus Babylonius libro quinto antiquitatũ ſcribit, Semiramim apud Babyloniã annis quadragintaduobus regnaſſe. Et apud Cariæ populos conſuetudo erat,ab eadem Semiramide profecta,qua licebat & fœminis regnare: vt Arrianus libro primo, de rebus geſtis Alexandri magni,teſtis eſt. Et in omnibus ferè Chriſtianorum regnis id ipſum iã pridem legibus & moribus receptum eſt.

Filiæ primæuæ præfertur frater eius minor. Cap. 9.

Filia primogenita in regni successiōe sicut primogenitus fratribus, sic suis sororibus antefertur. Sed frater, quanuis ætate minor, filiæ primæuæ preponitur. Quod apud Medos fuisse vsitatum, Iustinus historicus libro primo autor est. Et à Latinis id esse vsurpatum, indicat Poeta hisce carminibus.

Filius huic facto diuum, prolesq; virilis
Nulla fuit, primaq; oriens erepta iuuenta est.
Sola domum & tantas seruabat filia sedes.

Græci quin etiam eodem iure vsi sunt, vt Statius Papinius, libro primo Thebaidos, significare videtur, his versibus & consequentibus.

In senium vergens populos Adrastus habebat,
Diues auis & vtroque Iouem de sanguine ducens.
Hic sexus melioris inops, sed prole virebat
Fœminea, gemino natarum pignore fultus.

Sed externis omissis, regia lege constitutum est, vt in regni successione filius ætate minor sorori primæuæ præferatur: id propterea cautum, quia, vt ait Vlpianus, maior est dignitas in sexu virili, aptiorq; est ad regni

L.1. de Senato.

regni gubernacula vir quàm fœmina. Nec enim defuit qui diceret, interitus regni est, à muliere regi.

Quid si rex sine liberis moriatur? Cap. 10.

SI rex liberis caruerit, dubitabile non est, quin ad proximiorē eius cōsanguineum primæuum, ordine successionis legitimæ regnum pertineat. Quod quidem dubitationis tollendæ gratia, lege regia cautum est. L.2.tit. 15. part.2. Et quanuis in alia mortuorum bona, intra decimum duntaxat cognationis gradum, iure ciuili succedatur: ne tamen ad electionem, aut sortes necesse sit peruenire, in remotioribus etiā gradibus successor consanguineus defuncti regis quærendus est, vt Baldus & pleriq; alij iuris periti tradunt. In cap. 1. de feudo mar.

Diluitur scrupulus quidam. Cap. 11.

FOrsitan quispiam dixerit, nōne fieri potest, vt filius regis primogenit° improbus sit atq; regno indignus? quis

quis negat? Sed non ideo minus lex iusta erit, quæ meliora eligit. Quòd si primogenitus aliquis fortè sceleratus euaserit, hominis quidem id vitium erit, non legis. Adde quòd filij regũ optimi plerunq; esse solent: quia patres eorũ probi sunt, & heroicis pleni virtutib⁹. Ex melioribus enim meliores procreari probabile est. Et vt Fabius ait, similes parentibus ac maioribus suis filij plerunq; creduntur, & nonnũquam ad honestè turpiterq; viuendum inde causæ fluunt. Accedit eodem, quòd virtutum semina innasci solẽt in principe. Quẽadmodum enim corporis animiq; forma, habitu, gestu, consilijs, actionibus, prognati maiores suos referunt: eodem modo verisimile est, in ipso semine deliniari quandam habilitatem dignam principe, vt est apud Philonem, libro de legatione ad Caiũ. His accedit optima educatio, quæ mores optimos facit. Traduntur enim filij regum pędagogis prudentissimis, & præceptoribus sapiẽtissimis, quorum disciplinis imbuti, omni virtutum genere repleti solent. Nam vt

Lib. 5. c. 10

Plato

Plato inquit, ſi homo cum natura felici, rectam quoq; diſciplinam fuerit aſſecutus, in diuiniſsimum, manſuetiſsimumq́; animal ſolet euadere. 6. de rep.

Dei diſpoſitione aliquos eſſe Principes improbos.

Cap. 12.

Siue autem electione, ſiue ſortibus reges creentur, ſiue ſucceſſione fiant, mirum videri non debet, ſi quiſpiam eorum improbus nonnunquàm ſit: nam pro meritis ſubiectorum Principum vitam diſponit Deus, qui regnare facit hominem hypocritã propter peccata populi. Iob. 34. Et ſicuti beatus Hieronymus inquit, non ſemper Princeps populo per Dei arbitrium datur, ſed prout merita noſtra depoſcũt. Cap. audacter. 8. q. 1 Si mali ſunt actus noſtri, & operamur maligna in conſpectu Dei, datur nobis Princeps ſecundùm cor noſtrum. Poſtremò, Deus Principes malos eſſe permittit, vt boni manifeſti

fiant:

c. recurrat 32. q. 4. fiant:& quia nonnunquam per malos naſcuntur boni.

Quam ob rem aliqui reges mali ſint. Cap. 12.

PErſępe ſolet euenire, vt boni prĩcipes ſubiectorum culpa improbi efficiãtur. Nam vt Diodorus Siculus, libro ſecundo bibliothecæ ſcribit, rarò potentes rerũ mali euadũt, vbi deſunt ſuarum cupiditatũ miniſtri. Et
Lib. 2. Arrianus, Darius, inquit, ſuapte natura facilè credebat, quæ ſibi cordi eſſent, ſed tum maximè ab ijs perſuaſus, qui regibus nõ vtilia, ſed iucunda cõſulunt, certiſsima regnorum peſtis. & cætera. Et Flauius Vopiſcus in Aureliano, quæritur, quæ res malos principes faciant? primum, nimia licentia: deinde rerum copia, amici præterea improbi, ſatellites deteſtãdi, aulici vel ſtulti, vel deteſtabiles: & quod negari nõ poteſt, rerũ publicarum ignorantia. Ego à parte meo audiui, Dioclecianum Principem iam priuatum dixiſſe, nihil eſſe difficilius, quàm

bene

bene imperare. Colligunt ſe quatuor vel quinq;, atq; vnum conſilium ad decipiendum imperatorem capiunt. Dicunt quid probandum ſit. Imperator qui domo clauſus eſt, vera non nouit. Cogitur hoc tãtùm ſcire, quod illi loquũtur. Facit iudices, quos fieri non oportet: amouet à republica, quos debeat obtinere. Quid multa? vt Diocletianus ipſe dicebat, bonus, cautus, optimus vẽditur imperator. Et Pomponius Lętus hæc eadem renouans, tandem ita concludit: ſit qui imperat bonus, ſit cautus, ſit optimus, omnino vẽditur atq; decipitur. Sed ad propoſitum reuertamur.

Bona regni non eſſe alienanda. Cap. 14.

NE regnum labefactetur & pereat, opus eſt vt integrum ſit, & eius bona non alienentur. Nam ſicuti Diotogenes ait, regem oportet opes poſſidere, vt amicos beneficijs obſtringere, ac indigentibus ſuppeditare c. intellecto. de iureiu.

licea

liceat, & inimicos iure vlcisci. Et Demosthenes in prima olynthiaca, omnino certè pecunia est opus, & absq; ea nil potest ritè
Lib. 13. administrari. Memorat Cornelius Tacitus, crebris populi flagitationibus immodestiā publicanorum arguentis, dubitasse Neronem, an cuncta vectigalia omitti iuberet, idq; pulcherrimum donum generi mortalium daret. Sed impetum eius multū prius laudata magnitudine animi, attinuere Senatores, dissolutionem imperij docendo, si fructus, quibus respublica sustineretur, diminuerentur. Tum illud addo, quod Antonius Pius (vt apud Capitolinum est) salaria multis subtraxit, quos otiosos videbat accipere, dicens, nihil esse sordidius, imò crudelius, quàm si rempublicam ij arroderent, qui nihil in eam suo labore conferrēt. Et Alexāder Seuerus neminem ascriptum, id est, vagātium habuit, ne annonis rempublicam grauarēt, dicens, malum pupillum esse imperatorem, qui ex visceribus Prouincialium, homines nō necessarios nec reipublicæ vtiles pasceret: quos nō infacetè Licinius,

nius,tineas & ſorices,ſiue mures palatij appellabat:vt Lampridius in Alexãdro, Sext⁹ Aurelius Victor in Cõſtãtino, Pomponius Lætus & Baptiſta Egnatius in Licinio, autores ſunt.

De origine primogenitorum. Cap.15.

HACTENVS more meo de regni ſucceſsione diſſerui, tum illud oſtẽdi, quamobrem ſit receptum, vt filius regis primęuus in regnum patris ſuccedat: vtq; neceſſariũ fuerit, ne regnum diuidatur, aut eius bona alienẽtur. Quæ omnia quidem non tam legibus arbitrarijs conſtituta, quàm iure quodam gẽtium propter publicam vtilitatem introducta ſunt. Horum autem æmulatione incenſi viri nobiles atq; potentes à regibus impetrarũt, vt filijs & poſteris ſuis primogenitis bona quædam relinquere poſſent, ea lege colligata, vt neq; alienari neq; diuidi queant, ſed integra & indiuidua ad

primæuos liberos perpetuò pertineāt. Atq; ea quidem origo fuit vetuſtiſsimorum omnium primogenitorum, ſicut ex illorum inſtitutione perſpicuè patet.

Vt reipublicæ interſit, confici maioratus. Cap. 16.

MVLTIS ex cauſis reipublicę intereſſe poteſt, vt primogenita fiāt. Primò, vt ſint in regno viri aliqui principes, qui regem comitentur, patriā decorēt, & prouincias regant. Deinde, vt primogenitorum poſſeſſores regnum ab hoſtibus tueantur. Ad hæc vt his vinculis diuitiæ conſeruentur. Nam, vt Cicero inquit, ſingulorum facultates & copiæ, diuitiæ ſunt ciuitatis.

3. offi.

Nobilitatem primogenitis ſuſtentari. Cap. 17.

ACCEDIT illa quoq; cauſa, quòd bonis primogenitorum nobilitas & familiarum dignitas ſuſtinetur. Publicè verò intereſt, vt

ordinum dignitas familiarumq; ſalua ſit, vt ait Vlpianus. Et Iſocrates oratione de pace, ea ciuitas, inquit felix habenda eſt, non quæ è promiſcua hominum colluuie multos ciues temerè colligit, ſed quæ antiquiſſimas & primas familias maximè conſeruare ſtudet. Quid autem de nobilitate dicam? Ariſtoteles quidem libro quarto Politicorum ait, generis nobilitatem eſſe, veteres opes atq; virtutem. Et beato Hieronymo autore, nobilitas mūdi nihil aliud eſt, quàm inueteratæ diuitiæ. Quantūuis autē ſit nobilis pauper, odioſus tamen eſt etiam amico ſuo. Addo illud Euripidis, nobiles dum pauperes ſunt, non ampliùs clari exiſtunt. Tum illud Horatij;

l.1.§.pen. ff. de ven. inſpi.

Cap.8.

2.Serm.

Et genus & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.

Alia cauſa inſtituendi primogenita. Cap. 18.

EST & illa non poſtrema cauſa, ſed quæ pleroſq; mouere ſolet, nempe vt ſui memoriam relinquāt. Nec mirum id, nam ſi Platoni,

4. de legi. toni credimus, nemo est qui nõ desideret, perpetuum apud posteros nomen habere. Nec defuerunt quidã, qui tam ardenter sui memoriam sitirent, vt sub prætextu salutis ciuium, vitæ mortem vltrò præferrent. Id quod Thebis Menechus, Codrus Athenis, Romæ Curtius ac duo Decij fecerũt. Vsq; adeò aliqui memoriam sui posteris tradere studuerunt, vt quum bonis facinoribus eã parare nequiuerint, pessimis illam & scele ratis comparare decreuerint. Cui exemplo est is, qui Ephesiæ Dianæ templum, eo tem pore celeberrimum, incendit: & nemine sa crilegium prodente, in mediũ ipse proces- sit, clamitans, id se fecisse. Quinetiam ij phi losophi, qui naturali ratione immortalita- tem animarum plurimis argumentis osten dunt, hoc etiam vtuntur: si non esset anima immortalis, nequaquam tãta solicitudine quærerent homines memoriam sui sempi- ternam: nec esset id homini magis natura- le, quàm cæteris animantibus.

Alia causa iusta. Cap. 19.

Propter

PRopter excellẽtem alicuius virtutem, & præclara in rempublicam merita, rectiſsimè princeps concedit, vt quiſpiam primogenita inſtituat, & inſignia nobilitatis poſteris ſuis relinquat: vt & liberi eius & cæteri ad talia facinora imitãda excitẽtur. Quá ratione imagines & ſtatuę illuſtriũ virorum olim in publico collocabantur. Quod Demoſthenes quidem indicat in oratione de Rhodiorũ libertate, dicens: cogitabitis monimẽta illa dedicata eſſe à maioribus, nõ vt ea miremini, ſpectãtes duntaxat, ſed vt eorum, qui eã cõſecrarunt, virtutes imitemini. Et in præfatiõe belli Iugurthini Salluſtius inquit, Sæpe audiui ego Quintũ Maximũ, Publium Scipionẽ, prætereà ciuitatis noſtræ præclaros viros ſolitos dicere, cũ maiorum imagines intuerentur, vehementiſsimè animum ſibi ad virtutem accẽdi: ſcilicet, non ceram illã, nec figurã, tantam vim in ſe habere, ſed memoria rerũ geſtarum eam flammã egregijs viris in pectore creſcere, nec prius ſedari, quàm virtus eorum famã, atq; gloriam adæqua-

C. de ſtat. & imagi.

adæquauerit. Itaq; hac obligatione primogeniti Hiſpaniæ omninò tenētur, & eo magis, quòd non ſtatuę inutiles, ſed bona plurima eis relinquuntur. Adde quòd, ſi quid eſt in nobilitate bonum, id certè eſt maximum, vt impoſita nobilibus neceſsitudo videatur, ne à maiorum virtute degenerēt, vt ait Boetius libro tertio, Proſa. 6.

Alia cauſa non iniuſta. Cap. 20.

NE autem hæredes municipia & vicos diuidant, ne ve ſubiectos tanquam mācipia vendant, nō erit iniuſtum, vt talia bona colligentur. Nam etſi ſubiecti inuiti alienari non queant, ne duriorem dominum habere cogantur, vt iuris periti communiter tradunt: hodie tamen conſuetudo, ſiue corrūptela obtinuit, vt repugnantes & coacti vēdantur. Quā ob rem bona eiuſmodi multò rectiùs filijs primogenitis indiuidua relinqui poſſunt, quàm cætera omnia, quæ ſi-

In l. debitorũ. C. de pact.

ne dáno cuiuſquá diuidi & alienari valent.

Alia, eadémque extrema cauſa. Cap. 21.

AD extremum, bona quędā colligata poſteris primogenitis probè relinqui poſſunt, vt ſint conſanguineorum refugiū, pręſertim fratrum atq; ſororum, quos quidem alere debent, ſi pauperes ſint. Quinetiam ſororibus dotes largiri tenentur, nō ſolùm ex conſcientia, vt quidam Theologi aiunt, ſed etiam officio iudicis, ſecundùm receptas iuris peritorum ſententias.

Ioan. ma. in. 2. ſent. diſtin. 44. quæſt. 8. Tiraq. iure primi geni. q. 4. & 75.

Regnum exemplar eſſe primogenitorum. Cap. 22.

EX quibus omnibus alijsq; multis perſpicuum eſt, ad regni exēplar primogenita Hiſpaniæ introducta eſſe. Nam ſicut regnū nec diuiditur, nec alienatur, nec à pluribus

poſsidetur,& regni ſucceſſor eſt filius primogenitus ſolus,& filius ætate minor ſororem excludit: quòd ſi liberi deſint, ad proximiorem conſanguineum primæuum pertinet regnum. Sic etiam eadem omnia in cæteris primogenitis obſeruari ſolent. Et quod in regno coëgit neceſsitas, id in alijs primogenitis ſuaſit vtilitas.

In dubio ſucceditur in maioratum, ſicut in regnum. Cap. 23.

EX quo id efficitur, quod plerisq; placuit,& verum eſt: vt in re dubia & obſcura, ea interpretatio ſit accipienda, qua in primogenita eodem modo ſuccedatur, quo in ſimili ſpecie ſuccederetur in regnum: vt ſubiecti regum exempla ſequantur, nec ab ordine capitis membra diſcedat. Quod mihi quidem ſatis probatur duabus legibus regijs commixtis. Nam cùm vehementer

dubitaretur, an patruus nepoti ex filio primæuo præferendus eſſet, ac ferè res traheretur ad partes inſaniores: quia tamen in regni ſucceſsione iam olim conſtitutum erat, vt nepos patruum excluderet: cautum quoque fuit recentiore lege Regia, vt id ipſum ſeruaretur in ſucceſsione omnium primogenitorum, excepto, ſi aliud nominatim ab autore maioratus decretum ſit. l.2. tit.15. part.2. Taurina. l.40.

Duæ ſpecies dubiæ explicantur. Cap. 24.

HInc duæ quæſtiones obſcuræ diſſolui poſſunt. Prior, cùm inſtitutio primogenitorum non extat, ſed eius origo memoriam hominum excedit: l.Tau.41. poſterior, cùm bona prohibentur diuidi & alienari reſpectu familię vel anniuerſarij ſacrificij perpetuò offerendi, nec teſtator ſucceſsionis ordinem diſtinctè atque expli-

Dec. in §.diui. catè designauit. Nam vtroq; casu bonorũ vincula durant, sed eorum successio incerta esse videtur. Cæterùm ex regni successione, ex generali consuetudine, ac verisimili autorum voluntate intelligi potest, ordinem legitimę successionis, in his, talibusq; dubijs quęstionibus esse seruandum.

Alia quæstio anceps.

Cap. 25.

Elusculum dubitationis habet, cũ quis in testamento inquit, se aliqua bona relinquere iure maioratus, nec addit præterea quidquam. Sunt enim qui putant, tantam esse vim eius dictionis, maioratus, vt eo solo vocabulo bona illa sint colligata, & ordine suprà scripto ad primogenitos solos pertineant. Sed, vt mihi quidem videtur, ea opinio nec causas veras habet, nec satis idoneas. Nec enim lex vlla dicit, vt nomine maioratus tam multa comprehendantur, nec Hispaniarum cõsuetudine diffiniri potest casus ille, qui-

nusquam contigit. Reges quidem & eorum leges id solùm concedunt, vt possint subiecti bona quędam colligata liberis suis relinquere, & quæ velint onera, & conditiones adijcere. Sed quòd verbo illo, maioratus, prohibitio alienationis, & successionis ordo comprehendatur, nec vnquam cautum, nec vsquam receptum est. Adde quòd qui vincula, onera, & conditiones explicare debuerat, & nil aliud dixit, quàm facio maioratum ex bonis meis, aut volo, quòd bona hæc deferatur iure maioratus: eius quidem voluntas imperfecta erit, atq; adeò prorsus inutilis. Nec est, cur in has verborum angustias incidamus: Hispani enim sumus, non Lacedæmonij. l. Si quis cùm.ff.de testa.

De clausulis superfluentibus. Cap. 26.

CÆterùm sicut Laconismo non est vtendū in primogenitis conficiendis, ne obscura sint, vel inutilia: sic etiā vitandæ sunt clau-

ſulæ redundantes & ſuperuacaneæ : ſæpẽ etenim euenire ſolet, vt qui pluribꝰ verbis, clauſuliſq́; diffunditur: is varia vel contraria, vel confuſa & inepta conſtituat : vnde inexplicabiles quæſtiones identidem exoriuntur, quæ compendiarijs verbis facilè vitari potuiſſent. Itaq; ſatius eſt, vt qui primogenita inſtituit, is rem in pauca conferat, liberos ſuos primogenitos cæteris præferendo, maſculos fœminis anteponendo, reliquos conſanguineos primæuos, ordine legitimæ ſucceſsionis, generaliter deſignando, fœminas, ſi libuerit, penitus excludendo: atq; ea quidem ad omnem dubitationem tollendam ſufficient.

Nulla lex iubet, vt primogenita fiant. Cap. 27.

PRimogeniti filij legibus Regijs, perinde atq; Cæſareis, fratribus ſuis non præferũtur, ſed omnes æquales ſunt: quinetiã fœminæ pariter æqualiterq́; ſuccedunt. Primogeni-

ta verò nõ fiunt legẽ iubente, ſed regis conceſſu, aut legis permiſſu, priuatorum hominum arbitrio ac volũtate. Quinimo primogenitorum autores, minorem filiũ maiori, & maſculo fœminã anteponere poſſunt.

Primogenita eſſe quodãmodo reſtitutioni ſubiecta. Cap. 28.

QVanuis autem ſucceſſor primogenitorum verè dominus eorũ ſit, vt alio in loco pluribꝰ verbis diſſerui: quia tamen illa bona diuidere aut alienare non poteſt, reſtitutioni quodã modo ſubiecta eſſe videntur. Ex quo efficitur, vt cõſanguineus proximior, ab autore primogenitorum vocatus, petere queat, ſe declarari ſucceſſorem, viuo etiã poſſeſſore: & quia eius plurimùm intereſt, vt ad eũ integra & libera primogenita deferantur, poterit preterea ſibi proſpicere, ea omnia prouidens, quæ ad ius ſuum conſeruandum neceſſaria eſſe videantur.

Suares allegat. 4.

l. 1. ff. de legi. tut.

De lege

De lege quadam Caroli maximi. Cap. 29.

ILLVD verò notatione dignũ eſt, quòd perſapiẽter maximus ille Carolus, rex noſter conſtituit: nempè ſi vir & vxor ſingulos maioratus grandiores habeant, vt ne ad primogenitum filium ambo perueniãt, ſed ipſe vnum eorum eligat: alter verò ad alium eiuſdem fratrem, vel ad ſororem pertineat. Atque id quidem rectiſsimè, ne illuſtrium virorũ nomẽ & memoria intereat, & familiarum capita confundantur: ad extremum, ne tot tãtaq; primogenita pauci poſsideant: quod vt Ariſtoteles in Politicis tradit, primum omnium magna cura legibus prouidendum eſt. 3. Polit. cap. 9. & lib. 5. cap. 8.

Primogenitos eſſe regni defenſores. Cap. 30.

Cauſarum

CAuſarum autem omniũ, quam ob rem noſtratium primogenita ſunt introducta, illa videntur eſſe potiſsima, vt poſſeſſores eorũ, in ſeditionibus ciuilibus & bellis externis, patriam & regnum tueantur. Sunt etenim hi primogeniti ciuitatũ robur, & vniuerſæ reipublicæ firmamentum. Proinde cùm viri nobiles Hiſpaniæ, & hi potiſsimũ qui primogenita poſsident defenſores appellentur, atq; ob eam cauſam tributorum immunes & liberi ſint, cogi quidem à rege poſſunt, vt regnum armis defendãt. Ad regem enim præcipuè pertinet imperare & cogere, vt vnuſquiſq; ſubiectorum ſuum officiũ faciat, ſicuti Plato diuinus in libro, de regno, tradit: quod ciuis meus Seneca, libro primo de clementia, ſapienter admodum confirmat, exemplo regis Apum, qui omi honore vacat, exactor alienorũ operũ. Suũ verò nobilium primogenitorũ officiũ, vt mihi quidẽ videtur, illud eſt, quod apud Homerũ dixit fortiſsimus Hector: pro patria pugnare, armis defendere ciues.

l. 2 1. tí. 2 1. part. 2.

Ilia. 12.

DE

DE PRIMOGENITIS HISPANIAE LIBER SECVNDVS.

Præcepta vniuersalia tradenda esse, non singularia. Cap. i.

POST originem & causas primogenitorum, non incómodè fortasse potuissent, quæstiões aliquot singulares multis verbis disputari: sed id mihi facere non licuit homini vehemẽter occupato: nec volui rem actam agere, atq; ea retractare, quæ multi viri docti copiosè disseruerunt. Postremò, illa me causa mouit, quòd vt Aristoteles ait, scientia non est rerum singularium, sed vniuersalium: quin etiam ars vniuersalium est, nec singularia consyderat, quia infinita sunt. Et sicuti Seneca quadam in epistola scribit, si pręcepta singulis damus, incomprehensibile opus est.

1. Poster. 1. Metaphy. 1. Rheto.

95

est. Omnes species complecti non possumus, & singulæ propria exigunt. Regulæ autem breues sunt, & omnia alligant. Adijce nunc, quòd sapientis præcepta finita esse debet, & certa: si qua finiri non possunt, extra sapientiam sunt. Vereor equidem ne nunc etiam vera illa sint, quæ Cicero libro secundo de legibus his verbis scripta reliquit, Iureconsulti, siue erroris obijciendi causa, quo plura & difficiliora scire videantur: siue, quod similius veri est, ignoratione docendi (nam non solùm scire aliquid, artis est, sed quædam ars etiam docendi) sæpe quod positum est in vna cognitione, id in infinita dispertiuntur.

Totam scripturam perspiciendam esse.

Cap. 2.

PRætermissis igitur specialibus quæstionibus, pauca quidem generalia tradam, sed quæ rationes certas & præcepta contineant,

quibus

quibus plurimæ diſceptationes facilè diſſolui queant:& in ijs ipſis tradendis nō longè lateq; diffundar, ſed ſumma ſequar faſtigia rerum. Et quia omnis ferè cōtrouerſia ex ipſa primogenitorū ſcriptura exoritur: verba eius omnia diligenter perſcrutanda ſunt. Nec enim aliter exquiri veritas poteſt, quàm inſpectis cognitisq; ſcripturæ verbis. Idq; eſt, quod præcipit Cicero, ſcripturam totā omnibus ex partibus pertentare. Nam facilè, inquit, quid veriſimile ſit eum voluiſſe, qui ſcripſit, ex omni ſcriptura, & ex perſona ſcriptoris, atq; ijs rebus, quæ perſonis attributę ſunt, cōſiderabitur.

l. de his. ff. de trāſact. c. 1. de duobus f. trib. lib feud.

Secūd. de inuent.

Voluntas euidens ſeruāda eſt. Cap. 3.

SI autem cognitis ſcripturæ verbis, nihil inueniatur obſcurum, nihil ambiguum, nihil contrarium, nec verba voluntati repugnant, nihil ampliùs deliberandum eſt. Nā vt Venuleius inquit, in eo quod finitum

Leōtinuus

& certum

& certum est, nullus est coniecturæ locus. Sanciat vnusquisq; in rebus suis vt dignum est, & pro lege voluntas eius esto, sicuti Iustinianus constituit. Et legibus duodecim tabularum iam olim id ipsum sancitũ erat. Vnde carmina illa.

§. cũ ita. de ver. oblig.

Nouel. 22 §. atq; hoc l. verbis. de ver. signi.

Sed legum seruanda fides, suprema voluntas
Quod mandat, fieriq; iubet, parere necesse est.

Nõ omnis volũtas pro lege est. Cap. 4.

SEd etsi nihil ambiguũ sit in scriptura primogenitorum, si quid tamen impossibile, iniquũ, contra leges, aut bonos mores contineat, id omne pro non scripto habendum est. Quin etiam voluntas deridenda & inepta, explodenda eijciẽdaq; est. Nec enim talis voluntas digna est, vt pro lege habeatur. Atq; ea ferè sunt, quę Rhetores docent cõtra scriptũ dicere, scilicet, aut id nõ posse fieri, quod scriptũ sit, aut nõ lege, nõ more, nõ natura, nõ æquo & bono posse fieri.

ll. cõditiones. de cõdi. institu. l. quidã in suo. eo. tit. l. seruo. 113 de leg. 1.

Corrigendas eſſe clauſulas inhumanas.

Cap. 5.

QVæ cùm ita ſint, & inhumanum eſſe videatur, vt mortuo filio primogenito viuo patre, quanuis ex illo plures liberi nati & ſuperſtites fuerint eo tempore, quo auus eorum moritur, nihilominus à patruo excludantur: & vidua illa, quæ primogenito nupſerat, ſine arrhis & indotada plerúque remaneat: nec vlla iuſta cauſa reddi poſsit, qua illa clauſula quibuſdã primogenitis adiecta ſit: mea quidem ſententia princeps generali lege tales clauſulas inconſideratas, inhumanas, & ratione carẽtes, emendare deberet, atq; ad ius commune, regiumq; redigere.

l. Pãphilo delegat. 3. l. furti. de his q not. infa. l. ſi in rem. ff. de rei vendi.

De alia clauſula inconſulta.

Cap. 6.

Idem

IDem constituendum censeo de prędiolis quibusdam rusticis & vrbanis, quæ ad anniuersaria sacra, ea lege in perpetuum relinquuntur, vt cõsanguineus primæuus, testatori proximior, ea solus habeat. Hac enim clausula, incõsulta quidem & litigiosa, frequenter efficitur, vt filij vltimi possessoris ab eorum prędiorum succesione excludãtur: ac dum quæritur natu maximus, testatori proximior, euenire persæpe solet, vt tot ob res nihili exoriãtur lites, quot successores. Vt igitur finis litibus imponeretur: ea clausula, perinde atque suprà memorata, esset abroganda. §. in fidei cõmisso.

De obscuro & ambiguo. Cap. 7.

SEd ad vniuersalia reuertamur. In scriptura primogenitorũ versari potest controuersia, cũ ex obscuro & ambiguo aliquid dubij nascitur. Obscurũ

autem latiùs patet, quàm ambiguũ: omne enim ambiguũ habet aliquid obscuri: sed nõ omne obscurum solet esse ambiguum. Nam obscurum est difficile intellectu, in quo nihil ferè apparet, quòd intelligi possit. Et, vt Cicero inquit, obscurũ fit, aut longitudine, aut cõtractione orationis, aut ambiguitate, aut inflexione atq; immutatiõe verborum. Ambiguum verò scriptum est, quòd in duas, aut plures sententias trahi potest. In ambiguo enim plura se ostendunt, quorùm quid potiùs accipiẽdum sit, ignoratur. Sæpe tamẽ cõfunditur hęc differẽtia.

In partitionib.

2. Rhe. ad Heren.

Ambiguitas quot modis fiat. Cap. 8.

OBscuritas infinitis fit modis, ambiguitas autem quinq;. Per discretum & indiscretũ modo obscuro, per homonymiam, per distinctionem, per abundantiam, per deficientiam. Primo modo, vt meretrices, si ancillas habuerint, publicę sint meretrices habent.

bent ancillas,quæſtio eſt,quæ debeant publicari,meretrices,an earũ ancillæ,an vtræq;. Altero,vt legauit teſtamento diſcũ amico ſuo,hęres affert vas vitreum,ille petit argenteum. Tertio,vt quidam duos habebat amicos, alterum nomine Mileſium, alterũ Leſium:teſtamento ita cauit,amicus meus hæres eſto Mileſi:contendunt de hæreditate Leſius & Mileſius. Quarto, vt meretrix aurata veſte ne vtatur,ſi vſa fuerit,publicetur:meretrix aurea veſte vſa eſt,quęſtio eſt, quæ debeat publicari,ipſa,an veſtis eius. Fit autem hîc per abundantiam ambiguitas, quoniã ſi tollas,ne vtatur, & ita legem ponas, meretrix aurata veſte ſi vſa fuerit, publicetur, incipiet publicatio ad meretrices pertinere. Ad extremum, per deficientiam ambiguum fit, vt cùm ita teſtamento cauit,ab hęrede meo dari volo amico meo decem vaſa argenti,quæ elegerit, quæſtio eſt, vter eorum eligere debeat. Hæc atque alia tradit conſultus Fortunatianus libro primo Rhetoricorum.

De obscuro prorsus & ambiguo. Cap. 9.

Quod in scriptura primogenitorum, vsq; adeò sit obscurum, vt neque legi, neq; intelligi posit, perinde est, ac si ne scriptũ quidem esset. Idem dicendum est in eo, quod sit prorsus ambiguũ: vt in duobus illis Titijs, quorum Iulius Paulus meminit, & in alijs speciebus ab Vlpiano relatis. Sed illud venit in dubium, quod inibi Vlpianus de ademptione legati respõdit. Nam ipsemet alibi inquit. Si duobus Titijs separatim legauerit, & vni ademerit, nec appareat cui ademptum sit, vtriq; legatũ debetur. Quæ quidem Vlpiani responsa contraria omninò atque aduersa videntur: & Socinus ac Ludouicus Tesira inter se illa cõciliare nequibant, quia verbũ, ademptionem, in vulgatis æditionibus corruptum erat. In libris verò emẽdatis legitur, ademptione autem in vtrũque valere, idest, in casu illo adẽptionis, legatũ vtriusq; valet, & ademptio nulla est.

l. 2. de his quę ꝑ nõ scrip.

l. Duo. de testa. tute.

l. Si fuerit. de reb. du.

l. 3. §. Si duob⁹. de adi. legat.

In ea. l. Si fuerit.

la eſt. Nam ſi interpreteris, adēptionem va
lere in vtrunq; : hoc eſt, cōtra vtrunq;, ſen-
ſum elicies repugnantem & falſum.

Ambiguitas tollitur communi vſu loquendi. Cap. 10.

MVltis autem modis, quod prima
facie ambiguum eſſe videtur, id
perſpicuum fieri poterit, vt &
Cicero ipſe tradit. Ac primùm 2. De in-
quidem, non erit ambiguum, ſi omnes in- uent.
conſuetudine ſermonis, eo verbo ſic vti ſo-
lent, vt ſententia illius deſinat eſſe obſcura.
Nec enim verba tam ſunt accipienda in ſi-
gnificatione propria, quàm in ea, quā vſus
indidit. Quā ob rem legatis chartis ab eo,
qui nihil aliud, quā libros habebat, Vlpia- l. Librorū.
nus libros deberi reſpondit. Nam & in vſu, de legat. 3
inquit, pleriq; libros chartas appellāt. Nec l. Labeo.
mirū eſt moribus ciuitatū & vſu rerū appel de ſup. le.
lationes mutari: cū penes vſum arbitriū ſit,
& ius & norma loquēdi. Optimū ergo eſſe,

l. Cum de lanionis. de fun. in ſtru. Pedius ait, non propriam verborum ſignificationem ſcrutari: ſed in primis quid teſtator demõſtrare voluerit, deinde in qua præſumptione ſunt, qui in quaq; regione commorantur.

Ambiguum fieri perſpicuum ex vicinis ſcripturis.

Cap. 11.

PLerunq; verò ambiguum perſpicuum fit ex ſuperiore & inferiore ſcriptura. Atq; ea ferè eſt omniũ optima interpretatio: qua plurima peſtifera hæreticorum dogmata planiſſimè confutantur. Hanc docet beatus Au-
Cap. 2. guſtinus libro tertio, de doctrina Chriſtia-
l. vtrũ. de pet. hęr. l. hęredes palam. de teſta. na: & ea frequenter iuris autores vtuntur. Et, vt eleganter Cicero inquit, ſi ipſa ſeparatim ex ſe verba conſiderentur, omnia aut pleraq; ambigua videri poſſunt. Quæ au-
1. De inuent. tem ex omni conſiderata ſcriptura perſpicua fiunt, nõ oportet ambigua exiſtimari.

Ex alijs scriptis & cõsuetudine scriptoris tollitur ambiguit. Cap. 12.

DEinde addit Cicero, qua in sententia scriptor fuerit, ex cæteris eius scriptis, ex factis, ex dictis, animo atq; vita eius sumi oportebit. Quæ omnia iureconsultorum exemplis plurimis illustrari possunt. Ego verò paucis ero cõtentus. Codicillos ad omnes hæredes scriptos, ad quosdam eorum Modestinus restrinxit, quia legata in testamento ab eis nominatim relicta erant. Et Iulius Paulus eos seruos vrbanos esse interpretatur, quos paterfamilias inter vrbanos adnumerare solitus erat. Et alibi, argẽto potorio, vel escario legato in his quæ dubium est, cuius generis sint, consuetudinem patrisfamilias spectandam censuit. Et Florentinus, siquando, inquit, alterius generis materia auro argentove iniecta sit, vtra vtrius materiæ sit accessio: visu atque vsu rei, & consuetudine patrisfamilias

l.legatorũ de lega.2. l.seruis.99 de leg.3. l.pediculis §.argento. &.§.neratius.de au. argen.leg. l.Si quãdo eo.titu.

l.Domin' §.1.de peculio.leg.

æstimandum est. Et Scęuola, id quoq; pecu lio legato contineri, respondit, quod & do minica ratio deberet, & solita erat reddere. Sed de his satis.

Ex persona & alijs circũstantijs. Cap. 13.

EX persona scriptoris & ex his, quæ personis attributa sunt, am bigua sæpe interpretari possũt. Vlpianus quidem ex persona

l.ex. militari.ff. de mili. testa.

militis capite damnati, cui tributum fuit ius testandi, colligit, eum iure militari, ne dum iure communi testari posse.

l. Plenũ.§. equitij. de vsu. & habit.

Et idem Iureconsultus alibi, ex legatarij qualitate legatum interpretatur.

l.3. de supel.lega.

Et Iulius Paulus in supellectilis interpretatiõe, vsum hominũ etiam imperitorum considerat.

l.nõ aliter. de legat.3

Et Marcel lus non semper propriam verborum signi ficationem quærendam esse ait, cùm homi nes plerunq; abusiuè loquantur, nec pro prijs nominibus ac vocabulis semper vtan tur. Illud prætęrea quærendũ est, quo tem-

pore scriptum sit, vt quod scriptorem voluisse in eiusmodi tempore verisimile sit, intelligatur. cap. Si peccauerit. 2. q. 1.

Ambigua legib⁹ interpretãda. Cap. 14.

OMnium autem optima interpretatio erit, quæ iure ac legibus cõfirmari possit. Nam quę legibus definita sunt, & ex dubijs facta sunt certa, ea deinceps obscura & ambigua dici non queunt. Huius exempla permulta suppetunt sub titulo. de rebus dubijs. Possum & alia sexcenta proferre, quibus planè & dilucidè ostenderem, ambigua & incerta plurima legibus ita fuisse explicata, vt nemo omnium sit tam perspicaci prudentia præditus, qui sine iuris peritia certi quicquam de his afferre potuisset. l. Illam. C. de collat.

Dogmata quædam generalia. Cap. 15.

Proinde

PRoinde in promptu habere oportet generalia quędá dogmata veterum Iureconsultorum, quibus in obscuris & ambiguis quæstionibus sæpenumerò sit vtendum. Quam ob rem aliqua eorum breuiter memorabo. Vlpianus, in ambiguis rebus, humaniorem sententiam sequi oportet. Et idem alibi: semper in obscuris, quod minimum est, sequimur. Et Marcellus, cùm in testamento ambiguè, aut etiam perperam scriptum est: benignè interpretari, & secúdum id, quod credibile est, cogitatum, credendum est. Et Iulius Paulus, in obscuris inspici solet, quod verisimilius est, aut quod plerunq; fieri solet. Idem in alijs locis pro dotibus & pro libertate in ambiguis & obscuris respondere docet. Nec putat Modestinus errare eum, qui in dubijs quæstionibus contra fiscum facilè responderit.

l. Si fuerit. §. vlti. de reb. dub.
l. 9. de reg. iur.
l. Cum in testamento. de re. dub.
l. 114. de regu. iur.
l. In ambiguis.
l. In obscura. eo. titu.
l. Non puto. de iur. fisc.

De scripto & voluntate. Cap. 16.

Fabius

FAbius Quintilianus libro ſeptimo inſtitutionum oratoriarum ſcripti & voluntatis, inquit, frequentiſsima inter cõſultos quæſtio eſt, & pars magna controuerſiæ iuris hinc pẽdet. Summa verò quęſtionum ſcripti & voluntatis eſt, quòd aut de ſcripto tantùm, aut de voluntate, aut de ſcripto & voluntate ſimul quæritur. Scripti tantùm quæſtio eſt, quando ſcriptum eſt obſcurũ, voluntas clara. Voluntatis tantùm, quando ſcriptum eſt apertum, voluntas dubia. Scripti & volũtatis ſimul, quæſtio duobus modis poteſt contingere: vno quãdo vtrũq; eſt in obſcuro: altero, quando vtrũq; eſt clarum, & tamen inter ſe pugnant.

De ſcripti quęſtione.

Cap. 17.

QVando ſcriptura primogenitorum obſcura eſt, ſed autoris voluntas eſt clara: dubitabile non eſt, quin ſcriptum, quantumuis obſcurum, aperta volũtatę declaretur, eiq;

deseruiat. Verba enim & scripturæ menti atq; intentioni seruire debent, non contra. Nam quorsum nomina (inquit Tubero) nisi vt demonstrent voluntatem dicentis? Quinimo si verba desint, nonnũquam voluntate supplẽtur: vt in his exemplis ab Vlpiano relatis, alijsq; similib⁹. Si quis ita scribat, Lucius hæres: licèt non adiecerit, esto: credimus plus nuncupatũ, minus scriptũ. Et si sic, Lucius esto: tantundem dicimus.

l. 1. ff. de hære. institu.
l. verbum. C. de fidei.

De quæstione voluntatis.

Cap. 18.

SI verba eius, qui primogenita instituit, aperta sint, & volũtas dubia: non erit recedẽdum a significatiõe verborum. Et vt Iulius Paulus ait, cùm in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæstio. Nemo quidem dicere solet, quod non sentit: nec existimandus est quispiam dixisse, quod non mente agitauerit.

Format enim natura prius nos intus ad omnem

l. non aliter. de Legat. 3.
l. Illic. co. ti.
l. Labeo. de supel. lega.
Flaccus in arte.

Fortu-

Fortunarum habitum, iuuat aut impellit ad iram:
Poſt effert animi motus interprete lingua.

Etenim ſermones imagines ſunt animarum, vt inquit Baſilius magnus epiſtola.41.

De quæſtione ſcripti & voluntatis. Cap. 19.

QVando ſcriptura & volũtas obſcura eſt, vel ambigua, eius interpretatio ſumi poterit ex his, quæ iam antè dixi. Sed quando vtraq; eſt aperta, ſed ſecum pugnare videntur: volũtas ſine vlla dubitatione verbis prę ferẽda eſt. Prior enim atq; potẽtior eſt mẽs, quã vox dicẽtis. Et quãuis verba volũtati repugnent, voluntas tamen ſeruãda eſt. Vt ſi quis in fundi vocabulo errauerit, & Cornelianũ pro Sẽproniano nominauit, debebitur Sẽpronianus. Idẽq; erit in talibus quæſtionibus. Et ſicuti Iuſtinianus inquit, cùm manifeſtiſsimus eſt ſenſus teſtatoris: verborum interpretatio nunquam tantũ valeat, vt melior ſenſu exiſtat.

l. Vbi. §. ff. ad Trebel. l. vlti. ff. q pet. tut. d. l. Labeo. l. Scire. ff. de excuſa. l. 4. de Legat. 1. l. 3. de adi. lega. l. Pater. de cõdi. & de mon. l. 3. C. de libe. pręt.

Pro sententia cõtra scriptum. Cap. 20.

MVlta præterea Rhetores dicere docent, pro sententia & voluntate contra scriptum: quæ quidem ad interpretationem scripturæ primogenitorum accõmodari possunt. Quam ob rem breuiter hîc ea commemorabo, vt pręsto sint aduocatis, & hinc arma sumere possint, cũ inter se velint confligere Marte forensi. Principiò, si voluntas scriptoris cum scripto dissidere videbitur à sententia, sic dicemus. Primùm, laudabimus scriptoris commoditatem & breuitatem, qui tantũ scripserit quod necesse fuerit: illud quod sine scripto intelligi potuerit, non necessariò scribendum putarit. Deinde, dicemus columniatoris esse officiũ, verba & literas sequi, negligere voluntatẽ. Deinde, id quod scriptum sit, aut non posse fieri, aut non lege, no more, non natura, nõ ęquo & bono fieri posse. Deinde contrariá sentẽtiam aut nullam esse, aũt stultam, aut

2. Rhe. ad Herẽ.

iniuſtam, aut non poſſe fieri, aut non cōſta-
re cum ſuperioribus & inferioribus ſenten
tijs, aut cum iure cōmuni, aut cū alijs legi-
bus. Addit alibi Cicero ſcriptoris ſententiā 2. De in-
ſemper ad idē ſpectare, & idem velle, aut in uent.
eiuſmodi re & tēpore id voluiſſe. Tū illud,
nullā rem neq; legibus, neq; ſcriptura vlla,
deniq; ne in ſermōe quidē quotidiano atq;
imperijs domeſticis rectè poſſe adminiſtra
ri, ſi vnuſquiſq; velit verba ſpectare, & non in orat. ꝑ
ad voluntatem eius, qui verba habuerit ac- Cecinna.
cedere. Fabius quoq; adijcit verba alia ſcri- lib.7.c.7.
pti pro ſententia eſſe proferenda, cū in ipſis
ſcripturę verbis reperitur aliquid, per quod
probetur, aliud ſcriptorem voluiſſe.

Pro ſcriptura contra dubiam voluntatem. Cap. 21.

QVi ſcriptum defendet, autorita
tem ipſius ſcripturæ primū col
laudabit: & communi loco vte-
tur, nihil eos qui iudicēt niſi id
quod ſcriptū ſit, ſpectare oportere: nec ex-

2. de inuent.

pedire de eius voluntate nos argumentari, qui ne id faceremus, iudicium nobis reliquerit suæ voluntatis: multa incommoda consequi, si instituatur, vt à scripto recedatur. Nam & eos qui aliquid scribant, non existimaturos id, quod scripserint, ratum futurum: & eos qui iudicent, certum, quod sequantur, nihil habituros, si semel à scripto recedere consueuerint. Quòd si voluntas scriptoris conseruanda sit, se non aduersarios à voluntate eius stare. Nam multò propiùs accedere ad scriptoris voluntatem eum, qui ex ipsius eam literis interpretetur, quàm illum, qui sententiam scriptoris non ex ipsius scripto spectet, quod ille suæ voluntatis quasi imaginem reliquerit, sed domesticis suspicionibus perscrutetur. Deinde queretur, quid ei obfuerit, si id voluisset ascribere, vt non potuerit perscribere. Addetur etiam, scriptori neque ingenium, neque operam, neque vllam facultatem defuisse, quominus posset apertè perscribere id quod cogitaret. Nec fuisse ei graue, nec difficile eam causam excipere, quam

quam aduerſarij proferant, ſi quidquam excipiendum putaſſet. Deinde à nobis ſententia reperietur, & cauſa proferetur, quare id ſcriptor ſenſerit, quod perſcripſerit: & demonſtrabitur, ſcriptum illud eſſe dilucidè, breuiter, commodè, perfectè, certa cum ratione. 1.rhe.ad Heren.

Pro verbis primogenitorum. Cap. 22.

SI de ſcripto & ſententia eius, qui primogenita inſtituit, cõtrouerſia ſit: is qui ſcriptum defendet, hæc præterea dicere poterit: non eſſe optimam & exquiſitam rationem ab eo exigendam, cuius voluntas lex ſit. Sic voluit, §.diſponat ſic iuſsit, ſic ſcripſit, eius voluntas pro ratione eſt: quòd etſi durum eſſe videatur, l.pſpexit. ita tamen ſcriptum eſt. Nec quia primæuus aliquis improbus, aut ſtultus euadat, propterea excludendus eſt protinus

à ſucceſsione primogenitorum. Quanuis enim veriſimile ſit, quòd autor maioratus nollet eius modi ſucceſſorem habere: quia tamen nullum excepit, voluntate præſumpta ſubmoueri non poteſt. Nec intereſt, quid ſenſerit, ſed quid fecerit. Ad extremũ, ſi talibus interpretationibus & coniecturis locus vllus relinqueretur, ſcripta omnia quãtumuis perſpicua, facilè ſubuerterẽtur.

l.Liber.homo.de acqui.re. do.

De contrarijs clauſulis.

Cap. 23.

MVlta quoque ex his, quę de contrarijs legib⁹ Rhetores tradũt, ad contrarias clauſulas primogenitorum accommodari poſſunt. Et Fabius quidem ait, quę de legũ interpretatione ſcribit, eadem accipienda eſſe de teſtamentis, pactis, ſtipulationibus, omni denique ſcripto. Proinde vt legum cõtrariarũ, ſic etiam clauſularum primogenitorum inter ſe pugnantiũ controuerſię tractari poterunt. Itaq; cùm duæ clauſulæ prima

Lib.7.c.6.

ma

ma facie videntur eſſe contrariæ: laborandum eſt in primis, vt vtraque conſeruetur, nec alteram abroget altera. Quod ſi ambæ conſeruari non poſsint, quia diſcrepãt inter ſe: poſterior derogat priori, ſiue iubeat aliquid, ſiue permittat, ſiue maior, ſiue minor pœna in ea ſtatuatur, ſiue iubeat, ſiue vetet, ſiue cogat, ſiue permittat. Nam etſi aliud ſeruandum ſit in legibus cõtrarijs, vt Cicero & cæteri docent: in teſtamentis tamen atque contractibus poſtrema ſemper conſeruanda ſunt.

l. ſi quis. ff. de vulga. l. Tranſlatio. de adi. leg.

2. Rhe. ad herẽ. 2. de Inuent.

l. pacta. C. de pact.

De clauſulis oppoſitis.

Cap. 24.

SI verò clauſulæ primogenitorum contrariæ prorſus non ſint, ſed caſu aliquo, aut euentu collidantur: diſpicere tunc oportebit, vtra iubeat, vetet, adimat, cogat: vtra permittat vel tribuat: illæ enim his præferuntur, vt Rhetores & iuris periti tradunt. Deinde, vtra de genere,

In. l. 3. C. de codicil.

vtra de parte quadam, vtra communiter in plures, vtra in aliquam certam rem scripta videatur. Nam quæ in partem aliquam, & quæ in certam quandā rem scripta est, propiùs ad causam accedere videtur: & vt habet regula iuris, generi per speciem derogatur. Deinde, vtra sit apertior, vtra obscura, vel ambigua. Postremò, vtra sit iustior, equior, verisimilior, & voluntati scriptoris accommodatior.

1.de inuē. l. In toto. de reg.iur. l. Sanctio. de pœn. l. bona fides.ff.de. posi.

De statu collectiuo.

Cap. 25.

COnsultus Fortunatianus libro primo Rhetoricorum, statum collectiuum esse ait, cùm ex scripto colligimus id, quod scriptū non est: vt perinde esse doceamus, ac si scriptum esset. Cicero autem ex ratiocinatione, inquit, nascitur controuersia, cùm ex eo quod vspiam est, ad id quod nusquam scriptum est, peruenitur. Fabius Syllogismum appellat. Quinque autem mo-

2.de Inuē. Lib.7.c.9.

dis

dis fit, à simili, à consequenti, à contrario, à maiore ad minus, à minore ad maius. Quorum exépla Fortunatianus, & alij copiosè persecuti sunt. Sed Fabius aliter: hic status ducit ex eo quod scriptũ est, id quod incertum est: quod quoniã ratiocinatione colligitur, ratiocinatiuus dicitur. In has autem ferè species venit: an quod semel ius est, idẽ & sæpiùs. An quod in vno, & in pluribus. An quod ante, & postea. An quod in toto, idẽ in parte. An quod in parte, idẽ in toto.

In. l. cõmes populi.

l. qui filiabus. de leg. 1.

l. An pars. pro dere.

l. Quæ de tota. de rei vend.

De specie omissa.

Cap. 26.

ATq; ea quidem omnia ad casum in scriptura primogenitorum omissum, aptari non incommodè possunt. Cæterũ ea cõtrouersia, quia implicita & plena salebris est, paucis verbis cõcludi nõ potest. Ego tamen, vt soleo, breuiter illam & absolutè explicabo: & vna regula atque vnica exceptione rem ferè totam expedire curabo. Vulgaris quidẽ & peruagata iuris peritorum regula est: Ca

l. Si cũ dotem. solu. ma. sus omissus iuris dispositioni relinquitur: & quod scriptum nõ est, pro omisso habetur. Nam etsi scriptor id cogitarit, nos tamen cogitationes hominum non videmus: nec suspicionibus moueri possumus, vt iudice-
2. De inuent. mus occulta. Et coniecturam eiusmodi Cicero diuinationẽ esse ait. Sed finge animo, scriptorẽ aliquid voluisse, vltra quàm scriptum sit, homo indicat quæ apparent, dominus autem intuetur cor. Perinde nobis
l. In leg. de cõ. empt. est, aliquid non esse, ac non apparere. Quid? quòd si voluisset, adiunxisset, vt Cicero dixit in oratione pro Cluentio. Nec solũmo-
l. quidẽ. de hęr. instit. do voluisse sat est. Quòd si fortè in casu o-
l. Si fortè. de castren. pecu. misso nihil scriptor voluit: ex nihilo nihil fit: & nos voluntatem fingere nõ valemus.

Exceptio regulæ antedictæ.
Cap. 27.

EXceptione quadam generali supra scripta regula temperari potest: ea enim locum non habet, cùm scriptoris voluntas aperta

est: & eò magis, si legum exempla non dissimilia suppetãt. Tunc enim ex eo quod scriptum est, colligimus id quod scriptum nõ est: vt perinde habeatur, ac si scriptum esset. Volũtas autẽ aperta est, vt in iudicio Curiano, in quo nota Crassi & Scæuolę fuit, contentio. Substitutus hæres fuit, si posthumus ante tutelæ suæ annos decessisset. Non est natus. Propinqui bona sua vendicabant. Quis dubitaret, quin ea voluntas fuisset testantis, vt is non nato filio hæres esset, qui mortuò? centumuirale iudicium (vt apud Ciceronem est) pro substituto iudicauit. Est & illud manifestæ voluntatis exemplum. Quidam vterum filiæ pręgnantis instituit, cùm se inscio filia masculum eo tempore enixa esset: infans ex eo testamento hæres erit, vt Iulius Paulus rectè respondit. Qua ratione, partes in institutione designatæ, pro expressis habentur in substitutione reciproca. Et quædam portionum distributio eleganter admodum à Iuliano facta est. Et eadem omninò ratione plures casus omissi frequentissmè ad-

Fabius lib. 7. cap. 7.

l. à Titio. de verb. obliga.

Orat. pro Cecinna.

l. Titius. §. vlti. de lib. & posthu.

l. 1. C. de impub.

l. Si ita. de lib. & posthu.

§. & quid si tantum.

mittuntur, perinde acsi scripti essent.

De vitiosis interpretationibus. Cap. 28.

SIcuti recipiẽdę sunt interpretationes iustę, sic ècõtrario vitiosæ sunt explodendæ. Vitiosa autem interpretatio est, qua efficitur aliquid incongruens & inæquale: vt in substitutione reciproca puberis & impuberis, quæ in vulgarem tantummodo casum facta esse censetur: ne in altero duplex esset substitutio, in altero sola vulgaris. Et Papinianus ominosam interpretationem tanquã vitiosam eiecit, ne quid periculosum ac triste contineret. Neratius quoq; captiosam interpretationem condemnat. Nec enim oportet ius calumniari & verba captare. Nec interpretatio nimis scrupulosa est admittenda.

l. Iam hoc iure. de vulga.
l. Cũ tale. de cond. & demon.
l. si rem. de vsu cap.
l. penul. de auro. argẽ.
l. vlt. ad exhiben.
l. Sed hæc. de excusa.

De inepto & ridiculo. Cap. 29.

Illæ

ILLÆ quoq; interpretationes
reijciendæ ſunt, quibus confici
tur ineptum quippiam atq; ridi
culum. Inepti exemplum vide-
re licet apud Iulium Paulum, qui quãdam l. quidam.
interpretationẽ explodit, ex qua res ineptę 132. ff ver.
colligi poterant, ridiculi verò plura exem- obliga.
pla ſuppetunt. Papinianus, Ridiculum eſt, l. Titię. 99.
inquit, eãdem & vt viduam, & vt nuptam de cõdi. & demon.
admitti: (quãuis fortaſſè id Plauto aliter vi-
deretur, qui eandem eſſe ait, nuptam & vi- l. In milite
duam ſimul, quæ adoleſcens nupta ſit cum glorioſo. l. infician-
ſene). Celſus, Quid tam ridiculũ eſt, quàm do defuit.
meliorem furis conditionem eſſe propter
continuationem furti exiſtimare? Idem ali- l. Domi-
bi, Pluſquàm ridiculum eſt, dubitare: an ali tius. de teſta.
quis iure teſtis adhibitus ſit, quoniam idem
& tabulas teſtamẽti ſcripſerit. Et Vlpianus, l. relegato
Perquàm ridiculum eſt, eum qui minori- rũ. §. fi. de interdi.
bus, pœnæ cauſa prohibitus, ſit ad maiores
honores aſpirare.

Ne ſcriptum efficiatur inutile.

Cap. 30.

NEc est ita interpretandum scriptum, vt inutile fiat. Quod multis iuris exemplis comprobare possem, paucis tamen ero contentus. Iulius Paulus inquit, plerũq; ea, quæ præfationibus conuenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita credũtur: sic tamen vt nõ ex ea repetitione inutilis efficiatur stipulatio. Africanus, qui vxori legat, quæ ei donauerat, non de alijs donationibus videtur sentire, quàm de his, quæ iure valituræ non sunt, alioqui legatum inutile futurũ est. Et Modestinus respondit, non sic interpretandam scripturam, vt fideicõmissum inutile fiat. Illa quoq; interpretatio reijcienda est, quæ non tam explicat & exponit, quàm corrigit, abrogat, perimit.

l. Titia. §. 1 de verb. oblig.

l. Si quãdo de legat. 1.

l. Titia. §. 1 de legã. 2.

cap. Cũ dilecti. de accusat.

De interpretationibus vitiosis.

Cap. 31.

SVnt & aliæ interpretationes nõ minùs vitiosæ, quàm suprascriptæ. Cuiusmodi est ea, quę sustineri non potest salua ratione re-

l. Plautius. ff. au. argẽ.

ℭti

ƈti ſermònis,& quæ non conuenit antecedentibus & conſequentibus. Nam vt Papinianus inquit,ita demum verbũ quod pręcedit,vel ſequitur, ad cõmunionem adſumitur,ſi dicto ſcriptũ congruat. (l.cũ pater. §.cum imperfecta. de legat.2) Item illa interpretatio repudiãda eſt,ex qua relinquitur aliquid non veriſimile: (l.vlti.ff.qd met. cau.) vt in ſpecie à Iuliano relata:ſi vir vxori,quandocunq; liberos haberet,fundum legaſſet:non eſt veriſimile teſtatorem de his liberis ſenſiſſe, qui ſe viuo ex alio ſuſcepti fuiſſent. (l. Cũ vir. de condi. & demõ.) Illa quoq; admittenda non eſt,ex qua ſequitur impoſſibile, (l.pen.ff.de excuſat.) aut inciuile,aut aliud quippiam contra bonos mores,vel bonam fidem. (l. 1. ff. de poſiti.)

De inhoneſto, abſurdo, & iniquo. Cap. 32.

NEque illi audiendi erũt,qui ſcriptum ſic interpretentur, vt aliquid inhoneſtum,abſurdũ, vel iniquum ſequatur. Exemplum inhoneſti apud Pomponium eſt,qui non aliter,inquit,mulier hoſpitem recipere po- (l.nõ aliter. de vſu & habita.)

teſt,

teſt, quàm ſi is ſit, qui honeſtè cum ea, quæ
vſum habet, habitaturus ſit. Alterum eſt a-
l.Titia. de pud Iulium Paulum, qui ait, non valere ſti-
verb. obli. pulationem, adiecta pœna, ſi quis nuptijs
impedimento fuiſſet: quia inhoneſtum vi-
ſum eſt, vinculo pœnę matrimonia obſtrin
l.Cū de in gi. De abſurdo idem Iureconſultus inquit,
debito. de Perabſurdum eſt, eum qui ab initio nega-
proba. uit pecuniam ſuſcepiſſe: poſtquàm fuerit
conuictus accepiſſe, probationem non de-
l.Nam ab biti ab aduerſario exigere. Et Caio abſur-
ſurdū. de dum videtur, licere eidem partim compro
bo.liber. bare iudicium defuncti, partim euertere.
De iniquo plura ſunt exempla. Scęuola, Ini
l.vlti. ſi fa. furt. feci. quum eſt, plus hęredes noſtros ferre, quàm
di. l.3.§.pe.de ferremus ipſi. Vlpianus, Iniquiſsimum eſt,
pecul. ex furto ſerui dominum locupletari impu-
l.ex facto. nè. Iulius Paulus, Iniquum incipit fieri be
de vulga. neficium principis, ſi homini ſanæ mentis
l. Legatū. auferretur teſtamenti factio. Modeſtinus,
de vſu & Iniquum eſſet, quātitatem, quam in ſpecta
vſufruct. lega. culum defunctus deſtinauit, lucro hæredū
cedere. Quid multa? ius eſt ars boni &
l.1.de iuſt. & iur. æqui. Boni & æqui notitiam profitemur:
æquum

æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes.

De incredibili.
Cap. 33.

ILLA quoq; interpretatio minimè probanda est, qua efficitur aliquid incredibile, aut quod vix credi posit. Quale illud erat, quod ab aduocatis olim proferri vidi, cùm ego iudex sederem in tribunali regio Valdolitano, apud quos tum iudices causa agebatur. Sic enim illi clausulas ambiguas scripturæ primogenitorum interpretabantur, vt contra consuetudinem Hispaniæ, imò contra quàm credi posset, sursum ac retrorsum, inordinata atque tansuersa traheretur illa succesio. Quod rectè quidem, vt insuetum & improbabile, omnium sententia explosum & eiectum est.

l. Mæuius. de lega.2. l.si plures. de vulga.

l.Si venditor.de ser. expor. l.Si seruus §. fi. de lega.1. l. Cũ in testamento. de re.dub.

Conclusio huius libri.
Cap. 34.

Hæc

HÆc habui quę de primogenitorum interpretatione dicerem, more meo breuiter & ſtrictim, quanuis multa eorum ab otioſis hominibus copioſiſsimè diſputari poſſint. Nec me fugit eſſe alia, & quidem innumerabilia: verùm ea ferè omnia eiuſmodi ſunt, vt nihil de eis pręcipi queat, niſi propoſita certa diffinitaq; materia. Sed quid vna faciat, aut altera? quinimò centum aut mille quæſtiones in infinita materia? tradi omnia, quæ ars efficit, non poſſunt. Ná quis

Lib.7.c.11 pictor (vt Fabius inquit) omnia, quæ in rerũ natura ſunt, adumbrare didicit? Sed perceptæ ſemel imitandi ratione aſsimulabit quidquid acceperit. Quis enim non faber vaſculum aliquod, quale nũquam viderat, facit? quædam verò non docentium, ſed diſcentium. Nam medicus quid in quoq; valetudinis genere faciẽdũ ſit, quid quibuſq; ſignis prouidendum, docebit. Vim ſentiendi pulſus venarum, caloris motus, ſpiritus meatum, coloris diſtantiam, quę ſua cuiuſque ſunt, ingenium dabit. Quare plurima

petamus

petamus à nobis,& in ſingulis controuerſijs velut in re præſenti deliberandum eſt. Viam demonſtrare ars poteſt, ſatisq; præſtat,ſi regulas & præcepta ponit in medio: noſtrum eſt, vti eis ſcire,præcipuè iudiciũ: Ca. fi. 30. q. 5. quos oportet cuncta rimari,& in quorum l. volũtatis æſtimatione eſt volũtatis defuncti quęſtio. C. de fidei com.

DE PRIMOGENITIS HISPANIÆ, LIBER TERTIVS.

Ne primogenitis abutantur. Cap. 1.

DE origine, & cauſis,& controuerſijs primogenitorũ, libris ſuperiorib⁹ breuiter meo more diſſerui. Nunc verò autores & ſucceſſores eorum ſunt admonendi,vt ne re bona malè vtantur. Sunt etenim primogenita Hiſpaniæ, reipublicæ robur,familiarum decus, ciuilis nobilitatis ſtabilitas & firmamentum. Sed mirum vi-

videri non debet, si eo quod est à saluberrimis ortũ initijs, vani homines persæpe abutantur. Quid enim tam sanctum est, quo quis abuti non queat? nihil prodest, quod nõ lędere possit idem. Nulla in re modum
Lib. 36. cap. 4. humana ingenia norunt, (ait Plinius senior). Sed hęc est omni in re animorum cõditio, vt à necessarijs orsa primò cuncta perueniant ad nimium.

Non esse cupidè appetendas diuitias. Cap. 20.

IN primis autẽ illud admoneo, vt nemo valde diuitias expetat
1.Timo.6 primogenitorum causa. Nam qui volunt diuites fieri, incidũt in laqueum diaboli, & in desideria multa nociua, quæ mergunt homines in perditio-
Prouer. 28. nem. Et qui festinat ditari, nõ erit innocẽs.
Plutar. in Sylla. Vnde quidam Syllæ rectissimè dixisse fertur, Quomodo vir bonus esse potes, qui cũ nihil à parẽtibus tibi relictum sit, tot ac tanta possideas? Et sicuti Menánder inquit,

nullus continuò iustè viuens ditatus est.

nam diues qui fieri vult, Iuuen.Satyra.14.

Et citò vult fieri: sed quæ reuerentia legum?

Quis metus, aut pudor est vnquam properantis auari?

Quanta dementia est, hæredi suo procurare, & sibi negare omnia: vt tibi ex amico inimicũ magna faciat hęreditas: plus enim gaudebit tua morte, quò plus acceperit. Situ participes opibus, tuæ fiunt: si verò reseruas hęredibus, statim ab eo tempore fiunt alienæ, & non es earum dominus, sed curator & custos. Vę qui congręgat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, Cogitasti confusionem domui tuę: & peccauit anima tua. Seneca epist.124. Habac. cap.2.

Maior meliori non est præferendus. Cap. 3.

Concessu & priuilegio regis solet primogenita fieri: & generali lege regia potest parens cui velit ex liberis tertiã & quintã bonorũ suorũ partem prælegare. Qua in re arbitrio boni viri parẽs vti debet, non autẽ in- l. fœmin. C. de secũ nupt.

Lupus in c. per vras. §. 75. Lud. Gomes in c. 2. de con sti. lib. 6.

iusta voluntate. Ex quo fit, vt meliorem filium pręferre teneatur: nisi fortè magna ex causa parens aliud iustè constituat. Cui sententiæ accedit beatus Ambrosius, dicens: quid ergo? reprehendemus Iacob, quia præferebat filium vnum cæteris? Sed nec libertatem possumus auferre parentibus, ne eos plus diligãt, quos plus credunt mereri: nec filijs resecare debemus studium plus placédi. Denique & Iacob illum plus amabat, in quo maiorum virtutum insignia præuidebat. Vt non tam filium pater prætulisse videatur, quàm propheta mysterium: meritò q́; variam tunicã fecit ei, quo significaret, eum diuersarum virtutum amictu fratrib⁹ præferendũ. Et idem diuus alibi exẽplo Rebeccæ docet, in succesśiõe primogenitorũ, filium probũ improbis anteponendũ esse.

Lib. 2. de Ioseph. ca. 2.

Lib. 2. de Iacob. c. 2.

Idipsum cõprobatur exẽplis. Cap. 4.

HVc etiam accedunt maxima sacraq́; documenta. Primogenitus fuit Cain, sed Abel munera placuerunt

Hiero. In Esa. c. 1.

Deo: primogenitus Iſmael, ſed Iſaac accepit hæreditatem: primogenitus Eſau, ſed benedictionem patris Iacob ſupplantator præripuit: primogenitus Ruben, ſed tamen benedictio ſeminis Christi transfertur ad Iudam: primogenitus Adonias, ſed iudicio Dauidis prelatus fuit Salomon: Roboan quoque Abiam omnium minimum antepoſuit, quia ſapientior fuit & potentior ſuper omnes filios eius. Cur autem primogeniti non ſemper optimi euadant, inde fortaſſè fit, quia ſæpe non tam prolis amore generantur, cuius cauſa matrimonium inſtitutum fuit, quàm voluptatis libidine in principio vehementiùs ardente. Nam processu temporis, multis moleſtijs matrimonij, tepeſcente feruore, cæteri filij religioſiores nonnunquã procreãtur. Atq; ea cauſa eſſe videtur, quã ob rẽ filij non legitimi peiores eſſe ſoleãt: nẽpe quia libidinis ardore magis, quàm ꝓlis amore generãtur.

3.Regũ.1. 2.Paralip. 11. Aloiſius catena in Geneſim cap.38. Pulchra ratio.

Filij æquales eſſe debent. Cap. 5.

QVòd ſi filij omnes virtute ac meritis æquales ſint, iuris æquabilitas in eorũ ſucceſsione exercenda eſt. Nam qui ſine cauſa vnũ cæteris pręfert, mea quidem ſententia peccat. Nec enim aliud eſt iniuſtitia, quàm voluntas quædam inæquabilis, tribuens plus vel minus, quàm alicui competit. Parentes autem arbitri ſunt à lege dati, ad hæreditatem inter filios diuidendam: quorum hæreditas filijs æqualiter omni iure debetur. Et legum latores perſæpe aiunt, æqualitatem inter filios eſſe ſeruandam. Iniuſtus igitur pater eſt, qui ſine cauſa inæqualiter bona ſua diuidit. Atque ea ferè omnia tradit beatus ille Ambroſi⁹, libro quinto Hexamerõ, dicens: Quis reperit tam iniqua patrum iura? quis inter naturæ fraterna conſortia fratres impares fecit? vnius diuitis filij diuerſa ſortè cæduntur. Alius totius paternæ ſortis adſcriptionibus inundatur, alius opulentæ hæreditatis paternæ deplorat exhauſtam, atq; inopem portionẽ. Nunquid natura diuiſit merita filiorũ? ex pari omnibus tribuit,

l. Quoties. l. fin. C. fami. Erciſ. l. vt liberis. l. illud. C. de collat. authẽ. de nupt. §. illud. & in ibi Angel.

Cap. 18.

quod

quod ad naſcēdi atq; viuēdi poſsint habere ſubſtātiā. Ipſa vos doceat, nō diſcernere patrimonio, quos titulo germanitatis æquaſtis. Etenim quibus dediſtis communiter, eſſe quod nati ſunt, non debetis his, vt id cō muniter habeant, in quod à natura ſubſtituti ſunt, inuidere.

Submouendas eſſe diſcordiarum cauſas. Cap. 6.

CAueant ergo parentes, ne ſeminent inter filios diſcordiam: id enim Deus deteſtatur & odit. Sæpe autem ex iniuſta bonorum diſtributione, odia, diſsidia, rixę, ac interdum etiam fratricidia oriuntur. Videntes fratres Ioſeph, vt ſacra prodit hiſtoria, quòd à patre plus cūctis filijs amaretur, oderāt eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Quem locum enarrans diuus Ambroſius inquit, Inſtruamur, qualis eſſe debeat affectus parentum filiorūq; gratia. Amare liberos, dulce, & impenſiùs amare, prædulce.

Prouer. 6.
Authē. de trien. & ſemi. §. & qđ ſæpe.
Gen. 37.
Lib. de Ioſeph. ca. 2.

Sed frequẽter amor ipſe patrius, niſi moderationem teneat, nocet liberis: ſi aut nimia negligentia dilectum reſoluat, aut prelatio vnius ceteros ab affectu germanitatis auertat. Plus adquiritur filio, cui fratrum amor adquiritur. Hæc præclarior munificentia patrum, hæc ditior hæreditas filiorum. Iungat liberos æqualis gratia, quos iũxit equalis natura. Lucrum pietas neſcit pecuniæ, in quo pietatis diſpendium eſt. Quid miraris, ſi propter fundum aut domum oriuntur inter fratres iurgia, quando propter tunicam inter Iacob ſancti filios exarſit inuidia? Et idem diuus alibi, Cauendum eſt, ne pater vnquam inter filios habeat iudicium, vt alterum diligendum putet, alterum poſthabendũ. Hinc excitantur enim odia fraterna, ac de pecuniæ vilis incremento facinus paricidale componitur. Eadem foueat prolem menſura pietatis. Eſto tamen vt aliquid ſibi amplius circa blandiorem, aut ſimiliorem rapiat affectus, par tamen debet eſſe circa omnes forma iuſtitiæ. Plus confertur dilecto, cui fratrum amor

Lib.2.de Iacob.c.2.

quæritur,

quæritur, plus autem adimitur ei, qui prælationis iniuſtę oneratur inuidia.

De amore fraterno.
Cap. 7.

NEc verò exiſtimādum eſt, id eſſe leue, quod poſsit vnanimes armare in prælia fratres. Sceleratum ac nefariū eſt, charitatem fratrum & beneuolentiam diſſoluere: quorum magnam amicitiam natura ipſa peperit. Quis enim amicior, quàm frater fratri? Naſcuntur fratres ab eiſdem parentibus, 8. Ethi. ca.
& ſimul educantur, & frater dictus eſt, vt 12.
inquit Gellius, quaſi ferè alter. Itaq; naturalis eſt inter ſe fratrum amor, nec ſe inuicem contemnere queunt. Quam ob rem omnipotens Deus ab eiſdem parētibus exordium humani generis eſſe voluit: & poſt vniuerſale diluuium ab vna eademq; familia omnes homines procreauit: poſtremò, ex aqua & Spiritu Sancto mirabiliter Chriſtiani renaſcimur: vt ſimus Dei & eccleſiæ filij,

NEc est ita interpretandum scriptum, vt inutile fiat. Quod multis iuris exemplis comprobare possem, paucis tamen ero contentus. Iulius Paulus inquit, plerũq; ea, quæ præfationibus conuenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita credũtur: sic tamen vt nõ ex ea repetitione inutilis efficiatur stipulatio. Africanus, qui vxori legat, quæ ei donauerat, non de alijs donationibus videtur sentire, quàm de his, quæ iure valituræ non sunt, alioqui legatum inutile futurũ est. Et Modestinus respondit, non sic interpretandam scripturam, vt fideicõmissum inutile fiat. Illa quoq; interpretatio reijcienda est, quæ non tam explicat & exponit, quàm corrigit, abrogat, perimit.

l.Titia.§.1 de verb. oblig.

l.Si quãdo de legat. 1.

l.Titia.§.1 de legã. 2.

cap. Cũ dilecti. de accusat.

De interpretationibus vitiosis. Cap. 31.

SVnt & aliæ interpretationes nõ minùs vitiosæ, quàm suprascriptæ. Cuiusmodi est ea, quę sustineri non potest salua ratione recti

l.Plautius. ð au.argẽ.

cti sermonis,& quæ non conuenit antece-
dentibus & consequentibus. Nam vt Papi- l.cũ pater. §.cum imperfecta. de legat.2
nianus inquit,ita demum verbũ quod prę-
cedit,vel sequitur,ad cõmunionem adsu-
mitur,si dicto scriptũ congruat. Item illa in l.vlti.ff.qđ met. cau.
terpretatio repudiãda est,ex qua relinqui-
tur aliquid non verisimile: vt in specie à Iu-
liano relata: si vir vxori,quandocunq; libe- l. Cũ vir. de condi. & demõ.
ros haberet,fundum legasset: non est veri-
simile testatorem de his liberis sensisse, qui
se viuo ex alio suscepti fuissent. Illa quoq; l.pen.ff.de excusat.
admittenda non est,ex qua sequitur impos
sibile, aut inciuile,aut aliud quippiam con- l. 1.ff. de positi.
tra bonos mores,vel bonam fidem.

De inhonesto, absurdo, & iniquo. Cap. 32.

NEque illi audiendi erũt,qui scri-
ptum sic interpretentur, vt ali-
quid inhonestum,absurdũ, vel
iniquum sequatur. Exemplum
inhonesti apud Pomponium est,qui non l.nõ aliter. de vsu & habita.
aliter,inquit,mulier hospitem recipere po-

test,

test, quàm si is sit, qui honestè cum ea, quæ vsum habet, habitaturus sit. Alterum est apud Iulium Paulum, qui ait, non valere stipulationem, adiecta pœna, si quis nuptijs impedimento fuisset: quia inhonestum visum est, vinculo pœnę matrimonia obstringi. De absurdo idem Iureconsultus inquit, Perabsurdum est, eum qui ab initio negauit pecuniam suscepisse: postquàm fuerit conuictus accepisse, probationem non debiti ab aduersario exigere. Et Caio absurdum videtur, licere eidem partim comprobare iudicium defuncti, partim euertere. De iniquo plura sunt exempla. Scęuola, Iniquum est, plus hęredes nostros ferre, quàm ferremus ipsi. Vlpianus, Iniquissimum est, ex furto serui dominum locupletari impunè. Iulius Paulus, Iniquum incipit fieri beneficium principis, si homini sanæ mentis auferretur testamenti factio. Modestinus, Iniquum esset, quãtitatem, quam in specta culum defunctus destinauit, lucro hæredũ cedere. Quid multa? ius est ars boni & æqui. Boni & æqui notitiam profitemur: æquum

l. Titia. de verb. obli.

l. Cũ de in debito. de proba.

l. Nam ab surdũ. de bo. liber.

l. vlti. si fa. furt. feci. di.

l. 3. §. pe. de pecul.

l. ex facto. de vulga.

l. Legatũ. de vsu & vsufruct. lega.

l. 1. de iust. & iur.

æquum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes.

De incredibili.
Cap. 33.

ILLA quoq; interpretatio minimè probanda eſt, qua efficitur aliquid incredibile, aut quod vix credi poſsit. Quale illud erat, quod ab aduocatis olim proferri vidi, cùm ego iudex ſederem in tribunali regio Valdolitano, apud quos tum iudices cauſa agebatur. Sic enim illi clauſulas ambiguas ſcripturæ primogenitorum interpretabantur, vt contra conſuetudinem Hiſpaniæ, imò contra quàm credi poſſet, ſurſum ac retrorſum, inordinata atque tanſuerſa traheretur illa ſucceſsio. Quod rectè quidem vt inſuetum & improbabile, omnium ſententia exploſum & eiectum eſt.

l. Mæuius. de lega. 2. l. ſi plures. de vulga.

l. Si venditor. de ſer. expor. l. Si ſeruus §. fi. de lega. 1. l. Cũ in teſtamento. de re. dub.

Concluſio huius libri.
Cap. 34.

Hæc

HÆc habui quę de primogenitorum interpretatione dicerem, more meo breuiter & ſtrictim, quanuis multa eorum ab otioſis hominibus copioſiſsimè diſputari poſſint. Nec me fugit eſſe alia, & quidem innumerabilia: verùm ea ferè omnia eiuſmodi ſunt, vt nihil de eis pręcipi queat, niſi propoſita certa diffinitaq; materia. Sed quid vna faciat, aut altera? quinimò centum aut mille quæſtiones in infinita materia? tradi omnia, quæ ars efficit, non poſſunt. Nã quis
Lib.7.c.11 pictor (vt Fabius inquit) omnia, quæ in rerũ natura ſunt, adumbrare didicit? Sed perceptа ſemel imitandi ratione aſsimulabit quidquid acceperit. Quis enim non faber vaſculum aliquod, quale nũquam viderat, facit? quædam verò non docentium, ſed diſcentium. Nam medicus quid in quoq; valetudinis genere faciẽdũ ſit, quid quibuſq; ſignis prouidendum, docebit. Vim ſentiendi pulſus venarum, caloris motus, ſpiritus meatum, coloris diſtantiam, quę ſua cuiuſque ſunt, ingenium dabit. Quare plurima

petamus

petamus à nobis,& in ſingulis controuerſijs velut in re præſenti deliberandum eſt. Viam demonſtrare ars poteſt, ſatisq; præſtat,ſi regulas & præcepta ponit in medio: noſtrum eſt,vti eis ſcire,præcipuè iudiciũ: quos oportet cuncta rimari,& in quorum æſtimatione eſt volũtatis defuncti queſtio. Ca. ſi. 30. q. 5. l.volũtatis C.de fidei com.

DE PRIMOGENITIS HISPANIÆ, LIBER TERTIVS.

Ne primogenitis abutantur. Cap. 1.

DE origine, & cauſis,& controuerſijs primogenitorũ, libris ſuperioribꝰ breuiter meo more diſſerui.Nunc verò autores & ſucceſſores eorum ſunt admonendi,vt ne re bona malè vtantur.Sunt etenim primogenita Hiſpaniæ, reipublicæ robur,familiarum decus, ciuilis nobilitatis ſtabilitas & firmamentum. Sed mirum vi-

nullus continuò iuſtè viuens ditatus eſt.

nam diues qui fieri vult, Iuuen. Satyra. 14.
Et citò vult fieri: ſed quæ reuerentia legum?
Quis metus, aut pudor eſt vnquam properantis auari?

Quanta dementia eſt, hæredi ſuo procurare, & ſibi negare omnia: vt tibi ex amico inimicũ magna faciat hęreditas: plus enim gaudebit tua morte, quò plus acceperit. Situ participes opibus, tuæ fiunt: ſi verò reſeruas hęredibus, ſtatim ab eo tempore fiunt alienæ, & non es earum dominus, ſed curator & cuſtos. Vę qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, Cogitaſti confuſionem domui tuę: & peccauit anima tua. Seneca epiſt. 124. Habac. cap. 2.

Maior meliori non eſt præferendus. Cap. 3.

COnceſſu & priuilegio regis ſolẽt primogenita fieri: & generali lege regia poteſt parens cui velit ex liberis tertiã & quintã bonorũ ſuorũ partem prælegare. Qua in re arbitrio boni viri parẽs vti debęt, non autẽ in- l. fœmin. C. de ſecũ nupt.

Lupus in c. per vras. §. 75. Lud. Gomes. in c. 2. de constit. lib. 6. iusta voluntate. Ex quo fit, vt meliorem filium prę ferre teneatur: nisi fortè magna ex causa parens aliud iustè constituat. Cui sententiæ accedit beatus Ambrosius, dicens: Lib. 2. de Ioseph. ca. 2. quid ergo? reprehendemus Iacob, quia præferebat filium vnum cæteris? Sed nec libertatem possumus auferre parentibus, ne eos plus diligāt, quos plus credunt mereri: nec filijs resecare debemus studium plus placēdi. Denique & Iacob illum plus amabat, in quo maiorum virtutum insignia præuidebat. Vt non tam filium pater prætulisse videatur, quàm propheta mysterium: meritòq; variam tunicā fecit ei, quo significaret, eum diuersarum virtutum amictu fratrib⁹ Lib. 2. de Iacob. c. 2. præferendū. Et idem diuus alibi exēplo Rebeccæ docet, in successiōe primogenitorū, filium probū improbis anteponendū esse.

Idipsum cōprobatur exēplis. Cap. 4.

Hiero. in Esa. c. 1. HVc etiam accedunt maxima sacraq; documenta. Primogenitus fuit Caim, sed Abel munera placuerunt

Deo: primogenitus Ismael, sed Isaac accepit hæreditatem: primogenitus Esau, sed benedictionem patris Iacob supplantator præripuit: primogenitus Ruben, sed tamen benedictio seminis Christi transfertur ad Iudam: primogenitus Adonias, sed iudicio Dauidis prȩlatus fuit Salomon: Roboan quoque Abiam omnium minimum antepoſuit, quia sapientior fuit & potentior super omnes filios eius. Cur autem primogeniti non semper optimi euadant, inde fortaſſè fit, quia sæpe non tam prolis amore generantur, cuius causa matrimonium institutum fuit, quàm voluptatis libidine in principio vehementiùs ardente. Nam processu temporis, multis molestijs matrimonij, tepescente feruore, cæteri filij religiosiores nonnunquã procreãtur. Atq; ea causa esse videtur, quã ob rẽ filij non legitimi peiores esse soleãt: nẽpe quia libidinis ardore magis, quàm ꝓlis amore generãtur.

3. Regũ. 1.
2. Paralip. 11.
Aloisius catena in Genesim cap. 38.
Pulchra ratio.

Filij æquales esse debent.
Cap. 5.

QVòd si filij omnes virtute ac meritis æquales sint, iuris æquabilitas in eorũ successione exercenda est. Nam qui sine causa vnũ cæteris prefert, mea quidem sententia peccat. Nec enim aliud est iniustitia, quàm voluntas quædam inæquabilis, tribuens plus vel minus, quàm alicui competit. Parentes autem arbitri sunt à lege dati, ad hæreditatem inter filios diuidendam: quorum hæreditas filijs æqualiter omni iure debetur. Et legum latores persæpe aiunt, æqualitatem inter filios esse seruandam. Iniustus igitur pater est, qui sine causa inæqualiter bona sua diuidit. Atque ea ferè omnia tradit beatus ille Ambrosi⁹, libro quinto Hexamerõ, dicens: Quis reperit tam iniqua patrum iura? quis inter naturæ fraterna consortia fratres impares fecit? vnius diuitis filij diuersa sortè cæduntur. Alius totius paternæ sortis adscriptionibus inundatur, alius opulentæ hæreditatis paternæ deplorat exhaustam atq; inopem portionẽ. Nunquid natura diuisit merita filiorũ? ex pari omnibus tribuit,

l. Quoties. l. fin. C. fami. Ercis. l. vt liberis. l. illud. C. de collat. authẽ. de nupt. §. illud. & ibi Angel.

Cap. 18.

quod ad naſcẽdi atq; viuẽdi poſsint habere ſubſtãtiã. Ipſa vos doceat, nõ diſcernere patrimonio, quos titulo germanitatis æquaſtis. Etenim quibus dediſtis communiter, eſſe quod nati ſunt, non debetis his, vt id cõmuniter habeant, in quod à natura ſubſtituti ſunt, inuidere.

Submouendas eſſe diſcordiarum cauſas. Cap. 6.

CAueant ergo parentes, ne ſeminent inter filios diſcordiam: id enim Deus deteſtatur & odit. Sæpe autem ex iniuſta bonorum diſtributione, odia, diſsidia, rixæ, ac interdum etiam fratricidia oriuntur. Videntes fratres Ioſeph, vt ſacra prodit hiſtoria, quòd à patre plus cũctis filijs amaretur, oderãt eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Quem locum enarrans diuus Ambroſius inquit, Inſtruamur, qualis eſſe debeat affectus parentum filiorũq; gratia. Amare liberos, dulce, & impenſius amare, prædulcẽ.

Prouer.6.
Authẽ. de trien.& ſemi.§.& qđ ſæpe.
Gen.37.
Lib. de Ioſeph. ca.2.

Sed frequẽter amor ipſe patrius, niſi moderationem teneat, nocet liberis: ſi aut nimia negligentia dilectum reſoluat, aut prelatio vnius ceteros ab affectu germanitatis auertat. Plus adquiritur filio, cui fratrum amor adquiritur. Hæc præclarior munificentia patrum, hæc ditior hæreditas filiorum. Iungat liberos æqualis gratia, quos iũxit equalis natura. Lucrum pietas neſcit pecuniæ, in quo pietatis diſpendium eſt. Quid miraris, ſi propter fundum aut domum oriuntur inter fratres iurgia, quando propter tunicam inter Iacob ſancti filios exarſit inuidia? Et idem diuus alibi, Cauendum eſt, ne pater vnquam inter filios habeat iudicium, vt alterum diligendum putet, alterum poſthabendũ. Hinc excitantur enim odia fraterna, ac de pecuniæ vilis incremento facinus paricidale componitur. Eadem foueat prolem menſura pietatis. Eſto tamen vt aliquid ſibi amplius circa blandiorem, aut ſimiliorem rapiat affectus, par tamen debet eſſe circa omnes forma iuſtitiæ. Plus confertur dilecto, cui fratrum amor

Lib.2.de Iacob.c.2.

quæritur,

quæritur, plus autem adimitur ei, qui prælationis iniuſtę oneratur inuidia.

De amore fraterno.
Cap. 7.

NEc verò exiſtimãdum eſt, id eſſe leue, quod poſsit vnanimes armare in prælia fratres. Sceleratum ac nefariũ eſt, charitatem fratrum & beneuolentiam diſſoluere: quorum magnam amicitiam natura ipſa peperit. Quis enim amicior, quàm frater fratri? Naſcuntur fratres ab eiſdem parentibus, 8. Ethi.ca.
& ſimul educantur, & frater dictus eſt, vt 12.
inquit Gellius, quaſi ferè alter. Itaq; naturalis eſt inter ſe fratrum amor, nec ſe inuicem contemnere queunt. Quam ob rem omnipotens Deus ab eiſdem parẽtibus exordium humani generis eſſe voluit: & poſt vniuerſale diluuium ab vna eademq; familia omnes homines procreauit: poſtremò, ex aqua & Spiritu Sancto mirabiliter Chriſtiani renaſcimur: vt ſimus Dei & eccleſiæ

filij,

filij, & in Christo Iesu dilectissimi fratres. Vtpotè eundem habentes Deum, & eosdē primos parentes, eandem naturam & eandem fidem, eadem præcepta & sacramenta, idemq; summum bonum: vt vnusquisq; nostrum cæteros omnes diligat, nemine mq; contemnat.

Ne filiæ inuitæ sanctimoniales fiant. Cap. 8.

ILLVD autē admodū inhumanū est, quòd quidā filias inuitas in domos religiosas detrudunt, non quidem religionis ergo, sed vt liberis suis primogenitis omnia ferè bona relinquāt. Nā etsi perfectionem illum statum obtinere, consilij euangelici sit: nemo tamen cogendus est, vt inuitus illum profiteatur: nec parentes filias sūas compellere debent, aut possunt. Sed satiùs est leuiter hęc attigisse.

Cap. Præsens. 20. q. 3. Cōcilium Tridenti. sessiōe. 25 cap. 18.

Ne ignobilium primogenita fiant. Cap. 9.

QVI obſcuris parentibus,& malo nati ſunt genere,nequaquā primogenita facere debēt:præſertim cū ſine virtute, ſine ingenio vita etiā cōtempta & ſordida viuūt:nihil enim minus reipublicæ intereſt, quàm vt memoria eorū conſeruetur,qui nunquā fecerūt aliquid,propter qđ nobiles eſſent.Quinimò perfacilè cōtingere poſſet, vt veteres & illuſtres familiæ talium ignobilitate inficiantur. Sunt autem qui putāt, ſanctiſsimum illum Bernardum nobilibus conſuluiſſe,vt primogenitis filijs omnia ſua bona relinquerent. Sed & ſi opuſculum illud,quod diui Bernardi nomine circūfertur,non eius ſit,ſed hominis cuiuſdam,nec docti vt apparet,nec ſancti: dubitabile tamen nō eſt,quin inuenta & permiſſa ſint primogenita propter nobiles & generoſos,non autem propter obſcuros & ignobiles. Maio.in 2.ſent.diſ. 44.q.8.

De nomine & inſignibus iuſtorum. Cap. 10.

ACcedit illa quoque cauſa, quòd ſucceſſores primogenitorũ, & nomẽ & autoris inſignia ferũt. Qui verò eſt humili & obſcuro genere natus, quale poſteris nomen relinquet? qualia nobilitatis inſignia? Iure igitur ac merito ſucceſſores iſtorum, claro aliquo genere, etiam materno, nobilitati, nomen ignobile, atq; obſcura inſignia deponere & abijcere ſolent. Nam & conditio ferendi nominis remittitur à prætore, ſi nomen famoſum, turpe, aut vile ſit & abiectum.

l. Sed ſciẽdum. l. Facta. ad Trebel.

De fœminis primogenitis. Cap. 11.

SVnt qui à ſucceſsione primogenitorum fœminas omnes excludant: quòd ſint finis agnationis, & in aliam familiam tranſeant. Contra verò, ſicut ait Euripides,

Columnæ domus liberi ſunt maſculi.

Sed quamuis hæc ita ſint, inhumanum tamen eſſe videtur, vt filias vltimi poſſeſſoris remotior agnatus excludat.

Et

Et Iuſtiniani lex, maximum vitium eſſe ait, foeminas excludere: videriq; naturæ accuſatores eos eſſe, qui talia inducunt, quaſi natura omnes maſculos generare debuerit. Et beatus Auguſtinus libro tertio de ciuitate Dei loquens de lege Voconia fœminas à ſucceſsione repellente: qua, inquit, lege quid iniquius dici, aut cogitari poſsit ignoro. Et Gregorius ille Nazanzenus, id ipſum iniquiſsimum eſſe cenſet. Quod etiã Signorollus reſpondit. Melius igitur & humanius eſt, ne fœminas quiſpiã repellat. Quas exiſtimo, in re dubia nequaquã eſſe excludendas: quandoquidem (vt antè dixi) fœminæ ſuccedũt in regnum, eas que natura & mores & regiæ leges admittunt.

l. Maximũ. C. de libe.prçte.

Orat.30.

Cõſi.101.

Ripa.li.1. reſpõ.c.1.

De clauſula irreligioſa.

Cap. 12.

CÆterùm clauſula quædam, nequid durius dicã, irreligioſa mihi videtur, qua multi vetant, ne bona primogenitorum alienari, aut

ri, aut obligari queát pro dotibus filiarum, pro domesticorum alimentis, pro redemptione captiuorum, aut pro alijs quantunuis magnis & pijs causis. Quantò id rectiùs veteres Iureconsulti, homines Ethnici tradiderunt. Papianus, Quæ lędunt pietatem, inquit, nec facere nos posse credẽdum est. Iulius Paulus, Conditiones, quæ contra bonos mores inseruntur, remittendę sunt: veluti si ab hostibus patrem suum nõ redemerit, si parentibus suis, patronis ve alimenta non præstiterit. Et idem alibi, Si mulier constante matrimonio dotem accipiat, vt liberis ex alio viro egentibus, aut fratribus, aut parentibus consulat, vel vt eos ex hostibus redimat: quia iusta & honesta causa est, nõ videtur malè accipere, & ideo rectè ei soluitur. Et Vlpianus, Si ideo maritus ex dote expendit: vt à latronibus redimeret necessarias mulieri personas, vel vt mulier vinculis aliquem de necessarijs vindicaret, reputatur ei id, quod expensum est: siue pars dotis sit, pro ea parte: siue tota dos sit, actio dotis euanescit. Cùm igitur alienationes

l. Filius. de cõdi. insti.

l. conditiones. eo. tit.

l. Quãuis. solu. matri.

l. Sed etsi. eo. tit.

lege

lege prohibitæ, iuſtis ex cauſis fieri poſsint: multò magis bona primogenitorum propter pias cauſas decreto principis ſunt alienanda. Quinetiam interdum Deus ipſe permittit, eiuſmodi bona publicari, vt quod malè denegatum eſt Chriſto, id iure rapiat fiſcus. Cap. maiores. 16. q. 7

De ædificijs magnificis. Cap. 13.

AVtores quidam primogenitorũ magnis impẽſis arces ac domos ambitioſas cõſtruũt, ſicut olim Agrigẽtini: qui, vt Plato dixiſſe fertur, ædificabãt quaſi ſemper victuri. Sed vę (inquit Hieremias) qui ędificat domum ſuã in iniuſtitia, & cœnacula ſua nõ in iudicio: qui dicit, ædificabo mihi domũ latã, & cœnacula ſpatioſa: qui aperit ſibi feneſtras, & facit laquearia cedrina, pingitq́; ſinopide. Et Muſonius, Quorſum vndiq; colũnis ſuffultę dom⁹? quo auro culmine nitida tecta: ad quid etiã ſumptus lapidũ: quorũ ali- Cap. 22.

qui

qui è lõginquo aduecti sunt:an non hæc omnia superuacanea,minimeq; necessaria? Epist. 115. Et Seneca, In ipsas domos impenditur cura,vt in laxitatem ruris excurrant, vt parietes aduectis trans maria marmoribus fulgeant,vt tecta varientur auro, vt lacunaribus pauimentorum respondeat nitor. Et In Mat. homil. 24. beatus Chrysostomus, Quo à pueris distamus ludendi gratia casulas ædificantibus, nos qui amplas ædes & claras cõstruimus? nihil planè, nisi quòd eas nos ad suppliciũ nostrum facimus. Iam igitur in viros trãseamus aliquando : quandiu humi serpimus 1. Offic. de lignis ac lapidibus gloriantes? Et Cicero, Ornanda est dignitas domo, non ex domo dignitas tota quærenda. Nec domo do minus, sed domino domus honestãda est. Modus ædificijs est adhibendus, & ad mediocritatem reuocandus, eademq; mediocritas ad omnem vsum cultumque vitę referenda est.

De sepulchris.

Cap. 14.

Eadem

EAdem ferè dici poſſunt de ſepulchris. Nam etſi religionis interſit, monumenta extrui & exornari, vt ait Vlpianus: optimus tamẽ omnibus in rebus modus eſt. Nec enim deſunt, qui ſplendida monumẽta ædificãt, aduehentes magnorum lapidum moles, eoſque dealbantes atq; veſtientes pretioſo ornatu, bonam nõnunquam eccleſiarum partem occupantes. Qui tamen hodie non admodùm reprehendendi ſunt: quia catholicę religionis intereſt, eccleſias ſepulchris ornari ac decorari: contra quã peſtiferi iſti nouitij hæretici faciunt. Qui vt Dei cultum prorſus abijciant, ſublato ſacerdotio, ſublato ſacrificio, ſublatis deniq; ſacramentis, ecclesias Christi, domos orationis, omnibus ornamentis ſpoliant, eaſq; impiorum & ſacrilegorum nedum latronum ſpeluncas faciunt: ſummis profectò cruciatibus ſupplicijſq; digni. l. 1. De mor. infe.

De ſolicitudine poſteritatis. Cap. 15.

AFfectores autem primogenitorũ illud admoneo, vt res præſentes prudenter diſponant, & nimis anxij futurorum non ſint, aut valde ſoliciti depoſteris illis, quos neque videre, neque cognoſcere poſsint. Maneat noſtras ea cura nepotes. Ignoramus quid erit

Cap. 4. in craſtinum, vt Iacobus Apoſtolus inquit.

Matth. 6. Et Chriſtus Deus noſter prohibet, ne ſolici ti ſimus in craſtinum: dies enim craſtinus ſolicitus erit ſibi ipſi, & ſufficit diei malitia

1. Pet. vlti. ſua. Princeps quoq; apoſtolorum præcipit, vt omnem ſolicitudinem proijciamus in Deum, quoniam ipſi eſt cura de nobis. Et nos nihilò ſeciùs vehemente ſolicitudine poſterorum vrgemur, ſomniãtes & fingentes plurima, quę aut non euenient, aut longè ſecùs euentura ſunt.

quod adeſt memento
Componere æquus: cætera fluminis
Ritu feruntur, vt Flaccus eleganter cecinit. Lib. 3. carminum, Oda. 29.

Iterum de ſolicitudine. Cap. 19

Atque

ATq; hac in re haud equidē ſcio, an veteres iuris autores multò prudentiores fuerint & ſapientiores. Inquit enim Modeſtinus: Non facilè, quod ad noſtrum ius attinet, cū de naturali cognatione quæritur, ſeptimū gradum quis excedit: quatenus vltra eum ferè gradum rerum natura cognatorum vitam cōſiſtere non patitur. Et Vlpianus, Qui viuo eo, de cuius bonorum poſſeſsione agitur, non fuerit cōceptus, neq; obſtabit alij, neque ipſe admitteretur: quia non fuit proximus cognatus ei, quo viuo nondum animal fuerit. Et Iuſtinianus, Præter modum ſcrupuloſa nobis diligentia plenum viſum eſt, vltra quatuor generationes alienationis perpetuæ prohibitionē porrigere. Nos verò nobis ipſis ſolicitudinem ſtruimus, qua in millia millium inuenta noſtra produci poſſe fingamus. In quantas homo cogitationes oblitus conditionis ſuæ venit: immortalia, æterna volutat animo, & in nepotes pronepoteſq; diſponit, cùm interim longa conantem eum mors opprimit.

L.4. de gradi.

l.1. ff. vnde cogna.

vt res titu. fideicō. cōſti. 159.

Seneca de cōſola. ad Mart.

Eſa. 59. Cogitationes eiuſmodi, cogitationes inuti
Prouer. 19 les. Multæ quidem cogitationes in corde viri, voluntas autem domini in æternum permanebit.

De incerto poſterorũ euentu. Cap. 17.

Eccle. 8. MVLTA hominis afflictio, quia ignorat præterita, & futura nullo ſcire poteſt nuntio. Theſaurizant homines, vt primogenita inſtituant, & ignorant, quibus ea bo-
Cap. 2. na relinquāt. Deteſtatus ſum (inquit Eccleſiaſtes) omnem induſtriam meam, qua ſub ſole ſtudioſiſsimè laboraui, habiturus hæredem poſt me, quem ignoro vtrùm ſapiens, an inſipiens futurus ſit: & dominabitur in laboribus meis, quibus deſudaui, & ſolicitus fui, & eſt quicquam tam vanum? Et bea-
1. Offi. ca. 49. tus Ambroſius, Sæpe quod auarus ſumma congeſsit ſolicitudine, præcipite effuſione dilapidat hæres luxurioſus, & diu quæſita turpis helluo, præſentium cæcus, futuri im-

prouidus,

prouidus, quadam absorbet voragine. Sępe etiam speratus successor in inuidiā partę acquirit hæreditatis, & celeri obitu extraneis aditæ successionis transcribit compendia. Quid Valerium Maximum, alios'q; referā? Lib. 3. c. 5. Crinit. lib. 21. cap. 9.

Sæpiùs in natis sæuum pater educat hostem,
Cumq́ suo ignorans interfectore iocatur.
Sæpe sibi lachrymas, sperant dum gaudia matres,
Atque suæ pascunt ventura opprobria genti.

Ne diuitijs abutantur.

Cap. 18.

HActenus de primogenitorum autoribus. Iam verò successores eorum admonendi sunt, ne diuitijs, otio, & nobilitate abutā tur. Ac primùm quidem de diuitijs inquit Solon.

Nascitur ex nimijs opibus petulantia multa.

Et Euripides, Res mala, sed innata diuitib⁹ est, improbè viuere. Pecuniæ multorum malorum causas præbent hominibus. Et Aristoteles, Cōtumeliatores sunt ac super 2. Rhet.

bi, qui opum possessione perturbantur. Delicati etiam sunt, sibiq; plurimùm arrogantes. Et libro secũdo magnorum moralium: Opum affluentia elatos facit & truculentos. Et Callicratides, Multa pössidentes necesse est, primùm inflari, inflatos autem arrogantes fieri: arrogantes factos superbire, & cognatos tribulesq; suos neutiquam sibi similes existimare: deinde contumeliosos fieri. Saturitas enim parit ferociã, vt est
Homil. 9. in vetere prouerbio. Et Origenes in Ezechielem, Peccatũ omnibus peccatis maius est superbia. Cuius materia diuitiæ, dignitas, gloria secularis: nihilque est, quod sic in arrogantiã eleuet, vt diuitiæ & saturitas, & cibus opum plurimarum, dignitas quoque
Sermo. 5. atq; potestas. Et Augustinus de verbis euangelij, Nihil est quod sic generent diuitiæ quomodo superbiam: vermis quippe diuitiarum superbia est.

Periculosas esse diuitias.

Cap. 19.

Isocrates

ISocrates oratione prima ad Demonicum, quem diuus Cyrillus laudat libro septimo contra Iulianum, inquit: Semper quodammodo diuitijs comes est voluptatum amor, & magis vitiorum, quàm virtutum ministræ sunt. Cùm quòd licentiam socordiæ largiuntur, tum quòd adolescentes ad voluptatem auocant. Et Seneca, Abstrahunt à recto diuitiæ, honores, potentia, & cætera, quæ opinione nostra cara sunt, pretio suo vilia. Et alibi, Diuitiæ inflant animos, superbiam pariunt, inuidiam contrahunt, & vsque eò mentem alienant, vt fama pecuniæ nos etiam nocituræ delectet. Et diuus Chrysostomus, Nihil ita supercilium attollit, nihil ita superbiam & arrogantiam gignit, vt opes. Et inibi Theophylactus, Diuitiæ diffidentiam pariunt, & insolentiam. Et Isidorus, Quantò quisq; potentia maior est, tantò magis liber est ad peccandum. Nam patrimonium grande, grandis tentatio est. Grauissima quidem vitia sunt

Epist. 82.

Epist. 88.

In. 1. ad Timo. homil. vlti.

In ca. vlti.

Libr. 3. de sum. bo. c. 63.

arrogantia & superbia: quæ tamen, vt ait Philo, multi amplectuntur pro virtutibus, præsertim quoquot opibus extolluntur atque honorib⁹. Hi enim dulci fortuna ebrij debacchãtur in seruos ac ingenuos, interdum & in ciuitates integras. Arrogans autem insana opinione inflatus, non tam virum, aut heroëm, quàm genium quendam se existimat; vt Pindarus inquit, transcendens naturæ humanæ terminos. Est verò nec animi satis compos, nec corporis, toto habitu gestuq; morbum præse ferẽs. Incedit summis pedum digitis, ceruicẽ in equi morem erigens, attollensq; se supra naturę modũ. Nec aliter quàm obliquè intuetur, nec aliter audit, quàm quasi non audiens: famulis pro iumentis vtitur, ingenuis verò pro mancipijs, cognatis item pro alienis, amicis pro adulatoribus, ciuibus pro exteris. Hæc Philo.

Lib. de charitate.

De otio inerti.

Cap. 20.

Et bello

ET bello & pace in officio ſuo eſſe primogeniti debẽt. Nec enim primogenita fiunt, vt eorũ poſſeſſores deſidioſi viuant in otio. Imo verò, vt Eccleſiaſtes inquit, cùm alius laboret in ſapientia & doctrina & ſolicitudine, homini otioſo quęſita dimittit, & hoc quoque vanitas & magnum malum. Quid enim proderit homini de vniuerſo labore ſuo & afflictione ſpiritus, qua ſub ſole cruciatus eſt? Multa quidem mala docuit otioſitas: & qui ſectatur otium, ſtultiſsimus eſt. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas, & abundãtia, & otium ipſius & filiarum eius. Beatus Ignatius quadam in Epiſtola ſcribit, Nemo otioſus mãducet, ne vagus & fornicarius efficiatur. Et Xenophon, Permulta ab otioſis, & abſurda patrari ſolẽt, & otio ſoluti, tumẽtes imbecilliq́; redduntur. Et Heſiodus, Illi pariter indignãtur & dij & homines; quiſquis otioſus vixerit, fucis abſque aculeis ſimilis ſtudio, qui apum opes ſine labore comedunt. Et Menander, Homo ſanus otioſus, quàm febrici-

Cap. 2.
Eccle. 33.
Prouer. 12.
Ezechi. 26
Li. de rep. Lacedę.

febricitãs multò miserior est:comedit enim bis tantum inutiliter. Et Ausonius, Sanus piger febriciente multo est nequior:potat duplum, dapesq; duplices deuorat. Et Euripides, Idem est otiosus & malus ciuis.

Contra otiosos.

Cap. 21.

QVam ob rem dura illa quidem, sed nõ omninò mala Draconis lex erat, qua otiosi capite puniebantur. Certè Solonis lex est iu- Plutar. in Solone. stißima, filium patri necessaria vitæ subsidia non debere, à quo nullam artem accepisset. Illud sanè elegans est Marci Catonis dictum, Nihil agendo, homines malè agere Epist.83 discunt. Prætereo illud Senecæ, Otium sine literis mors est, & hominis viui sepultura. Tum illud Catulli, Otiũ & reges priùs, & beatas perdidit vrbes. Caueant ergo adolescẽtes diuites & otiosi ne in eos aptè quadrare queant illa Flacci carmina:

Nos

Nos numerus ſumus & fruges conſumere nati.
Sponſi Penelopes, nebulones Alcinoiq́;
In cute curanda plus æquo operata iuuentus:
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies,
Et ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curas.
Nec enim deſunt, qui nihil ferè aliud agant,
Quàm, purpura & auratis circundare colla catenis.
Et Bacchum veneremq́; ſequi plumasq́; lyrasq́;.
Nempe iocis venere, ac vino, ſomnoq́; diurno,
Mollia inutilibus conſumunt otia ludis.

Ne nobilitate abutantur.
Cap. 22.

MAgnam profectò vim habet vera nobilitas: & ſicuti Cicero ſcribit, omnes boni ſemper nobilitati fauemus: & quia vtile eſt Reipublicæ nobiles eſſe homines, dignos maioribus ſuis: & quia viget apud nos clarorum hominũ & ſuorũ de republica meritorũ memoria, etiam

etiam mortuorum. Veri tamen nobiles neminem cōtemnere debēt, nec ſe inſolētiùs Malachiæ. 2. iactare. Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? nunquid non Deus vnus creauit nos? quare ergo deſpicit vnuſquiſq; veſtrū fratrem ſuū? Diuus quidem Hieronymus in epiſtola ad Celātiam, inquit: Fruſtra ſibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cū vniuerſi paris honoris, & eiuſdem apud Deum pretij ſint, qui vno Chriſti ſanguinē ſunt redempti. Nec intereſt, qua quis conditione natus ſit, cùm omnes in Chriſto æqualiter renaſcamur. Nam etſi obliuiſcimur, quia ex vno generati ſumus omnes: ſaltem id ſemper meminiſſe debemus, quia per vnum omnes regeneramur.

Contra inſolentes.

Cap. 23.

QVapropter (vt quidam eleganter ſcribit) ſunt miſeratione digni (ſi miſericordia ſuperbiæ & ſtultitiæ tribui poteſt) quidam

quidem homines imperiti: qui cùm nulla ingenij laude floreant, nulla vitæ dignitate, nullo amplitudinis fructu, ita tamẽ inani nobilitatis nomine ſibi blãdiuntur, atq; ſi cęlo delapſi fuiſſent. Hi cùm ab omni laude ſint alieniſsimi, maiores ſuos in ore ſemper habẽt. Quibus cõgruit illud, à Dionyſio doro frequẽter vſurpatũ, Quis patrem laudabit, niſi liberi infœlices? Tum illud Chryſoſtomi, Ipſe ſe vacuum ab omnibus bonis oſtendit, qui gloriatur in patribus. Conuenit & illud Epicharmi, ſiue Menandri: perdet me genus. Ne nomines, ſi me amas, mater ad ſingula genus tuum: quibus enim natura nullum adfuerit bonum proprium, illi confugiunt ad monumenta, & genus ſuũ, ac auos enumerant, quos habuerunt. Sed iſtos deridet Oſeas dicens: gloria eorum à partu, & ab vtero & à conceptu.

Perit omnis in illo gentis honos, cuius laus eſt in origine.

DE PRI-

DE PRIMOGENITIS HISPANIÆ, LIBER QVARTVS.

Vtrum primogenita ſint ex iure diuino. Cap. 1.

MVLTI ſunt qui putãt, noſtratium primogenita ex iure diuino eſſe: quia in libris ſacris frequenter mẽtio primogenitorũ facta eſt. Et ijdem ius diuinum appellant, leges per Moyſen Hębreorũ populo promulgatas. Sed hi longè opinione falluntur: nam legibus illis gens tantùm Iudaica tenebatur. Vt enim apoſtolus
Roma.3. ait, quęcũq; lex loquitur, ijs qui in lege ſunt
Cap. Si qs 22.q.2. loquitur. Et euangelica lege lata, leges illæ deſierunt, & ſublatę ſunt: alioqui non ciuili iure nos viuere, ſed Moſayco oporteret. Adde quòd Hebræorum primogenita nihil habent commune cum primogenitis noſtris. Illa etenim ex lege erant, hæc verò ex

rò ex hominum inſtitutione. Illa ſolis primæuis filijs competebant, hæc autem cuicunque liberorum effector primogenitorum voluerit.

De primogenitis Hebræorum. Cap. 2.

FILII præterea Hebræorum primogeniti domino ſanctificabantur. Dixit enim Deus ipſé, Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. Locutuſque eſt ad Moyſen, dicens: Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filijs Iſrael. Et in libro numerorum legitur, Ego tuli Leuitas à filijs Iſrael pro omni primogenito, qui aperit vuluā in filijs Iſrael, erūtq; Leuitæ mei. Meū eſt enim omne primogenitū. Quod ipſum pleniùs alibi traditur. Ex quibus planè intelligitur, ſanctificatos fuiſſe filios Hebræorū primogenitos ad munus Leuitarū. Quā obrem in loco meliore ſedebāt, & benedictionem patris

Exodi. 22. Exod. 13. Cap. 3. Nume. 8. Gen. 43. & 48.

patris primi accipiebāt. Hiſpanorum verò filij primæui, qui primogenita poſſeſſuri ſunt, omnibus ſacris ordinibus carere ſolét. Ad extremum, primogenitis filijs Hebræorum duplex tribuebatur portio, ſed libera, non vinculis, aut reſtitutioni ſubiecta, nec
Deut. 21. alienari ꝓhibita. Lex enim ait, Cùm voluerit homo ſubſtantiam inter filios ſuos diuidere, dabit primogenito de his quæ habuerit cūcta duplicia, iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. Vides vt nihil de prohibitione aliena-
Gene. 25. tionis cautum ſit. Quinimò profanus Eſau
Heb. 12. propter vnam eſcam vendidit primogenita ſua.

Quo iure primogenita fiant. Cap. 3.

NOn ſunt igitur ex iure diuino primogenita Hiſpaniæ, ſed aut cōceſſu regis, aut legis permiſſu fiūt, vt iam antè dixi. Nec enim homini priuato licebat, æternis vinculis bo

na obligare,

na obligare, atq; ita ea conſeruare, vt vix publicari queant, niſi regis aut legis autoritate id ei conceſſum eſſet. Huc accedit, quòd vſufructuarij bonorum verius quàm domini ſumus. Nã Dominus in Leuitico inquit, Cap. 25. Terra non vendetur in perpetuũ, quia mea eſt, & vos aduenæ & coloni mei eſtis. Quẽ locum Philo explicãs, libro de Cherubim, dicit, An non manifeſtiſsimè docet, ius poſſeſsionis omniũ rerum pertinere ad Deũ, vſum verò ſolùm ad creaturam? Vtẽdas cõceſsit Deus creaturas omnes omnibus, vt qui nullum indiuiduum perfectum fecit, quod non vtique opus habeat alio: vt propter ea quæ cupit, accedat neceſſariò ad illud, quod exhibere poteſt, & illud viciſsim ad hoc, & vtrũq; ad alterum. Sic enim futurum erat per huiuſmodi commercia, vt in lyræ morem, quæ conſtat è tonis diſsimilibus, in communem conuenirent conſonãtiam, dum mutuum dant & accipiunt, & ita omnia permutantur omnibus ad vniuerſi mundi complementum, & in his rebus omnibus ſit vſus mutuus atque com-

 mercium.

mercium. Quorum pleraq; desinunt, obligatione bonorũ, & alienatione prohibita.

De vero rerum dominio.

Cap. 4.

1. Para. c. vlti. DOmini est terra, & plenitudo ei⁹, domini est regnũ, diuitiæ & gloria: nos verò sumus peregrini & aduenæ. Meum est argẽtum, &
Agg. c. 2. meum est aurum, dicit Dominus exercituum. Nihil meum est (inquit Cicero) neq; cuiusquam, quod auferri, quod eripi, quod amitti potest.

Flac. lib. 2. epist. vltl. *Sed vocat vsq; suum, qua populus adsita certis*
Limitibus, vicina refugit iurgia: tanquam
Sit proprium cuiquam, puncto quod mobilis horæ
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema
Permutet dominos, & cedat in altera iura.

His accedit Seneca libro sexto de beneficijs, dicẽs: Omnia ista, quæ vos tumidos & supra humana elatos, obliuisci cogunt vestræ fragilitatis, non sunt vestra: in depositi causa sunt, iam iamq; ad aliũ dominum spectãtia: aut hostes illa, aut hostilis animi suc-

cesso

ceſſor inuadet. Et Ioãnes Chryſoſtomus in Homil. 10
priorẽ Pauli epiſtolã ad Corinthios, inquili
ni ſum⁹ & pegrini. Meum & tuũ verba tm̃
inania ſunt, re autẽ non exiſtunt. Licèt do-
mũ tuã eſſe dixeris, inaniter loqueris. Siqui
dẽ & aër & terra & materia conditóris eſt,
& tu ipſe qui eam effingis, itẽ & alia omnia.
Quòd ſi vſus tuus eſt, incertus tamẽ eſt, nõ
tantũ propter mortem, ſed ante mortẽ quo
que propter rerũ inſtabilitatem. Et beatus
Ambroſius libro de Nabuthe, Quod cõmu Cap. 12.
ne eſt in omniũ vſum datum, tu ſolus vſur-
pas: omnium terra eſt, non diuitum.

Nam propriæ telluris herum natura neq; illum, Flac. lib. 2. Saty. 2.
Nec me, nec quenquam ſtatuit: nos expulit ille,
Illum aut nequities, aut vafri inſcia iuris,
Poſtremum expellet certè viuacior hæres.

Vtrùm expediat, plurima primogenita fieri. Cap. 5.

Dubitabile quidem non eſt, quin regis conceſſu primogenita facere liceat: ſed vtrũ expediat, vt plurima fiant, id verò eſt, de quo

iure ac meritò ambigitur. Primò, quia tot ac tanta bonorum vincula & primogenita fiunt, vt rerum plurimarũ commercia penè ſublata ſint. Deinde, quia ſine reſpectu publicæ vtilitatis plæruncq; fieri ſolent. Poſtremò, quia optima illa conſtitutio reipublicæ (quæ ſapientium omnium conſenſu in mediocritate conſiſtit) tot primogenitorũ vinculis labefactari videtur. Quid enim pretioſum eſt, quòd nõ colligatũ ſit? quis locuples factus eſt, qui non primogenita in

Cap.8. ſtituat? Vt illud Oſeę quiſq; dicere videatur, Diues effectus ſum, inueni idolũ mihi. Atq; vtinã eis non eueniat, quod idem Oſeas in-

Cap.10. quit, Aurum ſuum, & argentum ſuum fecerunt ſibi idola vt interirent.

De optima republica.

Cap. 6.

Cap.11. ARiſtoteles quidem libro quarto Politicorum, optimã rem publicã eam eſſe docet, quæ ex ciuib⁹ mediocres diuitias habẽtib⁹ cõſiſtat. Nam cũ id optimũ eſſe conſtet, quod

mediocritatem, mediumq; tenet: ſatis intelligitur, fortunarum etiã mediocrem poſſeſſionem omniũ eſſe optimã, quippe quæ facilimè rationi paret. Nec dubiũ eſt, quin ea ſit optima ſocietas ciuilis, quę ex mediocribus conſiſtit: & eæ ciuitates rectè gubernari poſſunt, in quibus pars mediocris magna eſt. Et in ijs nec ſeditiones fiunt, nec diſtractiones rerum publicarum. Et magnæ ciuitates idcirco à ſeditionibus abhorrẽt, quia magna eſt pars quæ mediocritatem tenet. In exiguis autem ciuitatibus facilè factu eſt, vt omnes ſic in duas partes diſtrahãtur, vt nihil in medio relinquatur, & omnes ferè ſint, vel egeni, vel locupletes.

Nec ditiſsimos eſſe debere ciues, nec pauperrimos. Cap. 7.

IDem Ariſtoteles ibidem addit, Eodẽ cap. 11. Qui generis nobilitate, vel diuitijs magnoperè prçſtant, quiq; his contrarij ſunt, nimium vel paupertate vel imbecillitate depreſsi, hi vt

rationem sequãtur, difficile est. Alteri enim nimis superbi, alteri nimis deiecti fiũt: alteri contemnunt, alteri inuident: alteri imperant vt domini, alteri parent vt serui: quæ res longissimè ab amicitia & societate ciuili absunt: societas enim à beneuolentia proficiscitur. Prætereà qui prosperis rebus, potentia, opibus, clientelis, cæterisq; id genus excellunt, hi nec volunt, nec sciũt imperia pati: quo malo domestico iam tunc ab ipsa ineunte ætate inficiũtur. Nam propter delicias ac indulgentiam, ne in ludo quidem literario parëre consueuerunt. Et vt apud Xenophontem est, potentiores neq; volũt quidẽ magistratus ipsos pertimescere, quin illiberale id esse ducunt. Ad summam, opulentia delicias, desidiam, seditiones, rerũ nouarum studium parit: inopia verò cum rerũ innouatione illiberalitatem & maleficia gignit. Et vt ait Euripides, mortalibus morbos parit, quidquid mediocritatẽ superat.

Li. de rep. Lacedæ.

Plato. 4. de repu.

Exemplum Laconum.

Cap. 8.

Quam

QVam ob rem Lacedęmoniorum reſpublica olim à Lycurgo prudentiſſimè conſtituta, breui tempore labefactata fuit, ſicuti Plutarchus in Agide eſt autor. Lycurgus enim quendam numerum in ſucceſsionibus ſeruandum præfiniuit, quo æqualitate ac mediocritate à multis malis ciuitatē ſeruauit incolumem. Donec Ephorus quidā rogationem tulit liberiorem & ſolutiorem: quā cæteri cupiditatis gratia ſecuti, optimam viuendi ſoluerunt diſciplinam. Ex eo enim factū eſt, vt qui in ciuitate potentiores erāt, omnes ferme ad ſe facultates exiguo tēpore cogerent. Vnde paupertas repentè ciuitatem inuaſit, & odium quoddā ex inuidia aduerſus ditiores ortum eſt, qui agros ferè oēs atq; fortunas poſsidebant. Cætera verò multitudo egēs & abiecta, in vrbe manebat otioſa, externa bella ſegniter & inuitè gerēs, ſemperq; ad ciuiles motus intēta, & cōcitādę ſeditionis tēpus obſeruās, præſentiū rerū mutationes facere cupiebat. Sic etiam plurimis bonorū vinculis & primogenitis

effici poterit, vt nihil ferè inueniatur mediocre, sed ciues omnes ditiſsimi ſint vel pauperrimi: imò verò, vt pauci locupletiſsimi ſint, cęteri omnes pauperrimi. Itaq; non admodùm reipublicæ intereſt, vt innumerabilia primogenita fiant. Quid enim publicè hoc intereſt? cùm penes alios remanere res debeant, nec referat, hos magis, quàm illos, eas res habere, dum omnes municipes ſint.

Quædam ex Platone & Plutarcho. Cap. 9.

EOdem ferè tendit Plato ille diuinus, libro quinto de legibus, dicens: Nemo liberorum gratia pecunijs cumulandis incumbat, vt ditiſsimos eos relinquat: nec enim ipſis, nec ciuitati id cõducit. Sed cenſus iuuenũ tum adulatione vacuus, tum rerũ neceſſariarũ non indigens, omnium decentiſsimus & optimus eſt. Nam hic nobis ad omnia conſonãs accommodatuſq;, vitam à doloribus

tutā reddit. Liberis ergo nō auri, ſed pudoris multū oportet relinquere. Phocion quidem (vt in eius vita Plutarchus eſt autor) cùm rogaretur à Menyllo, vt ne pecuniam ſibi dono miſſam repudiaret, ſed eam Phocio filio ſumendam permitteret: Phocius, inquit, filius ſi vitam & mores compoſuerit, viuet ille quidem paterna hęreditate cōtētus: ſi verò prodigus, vt eſt, impurusq́; perſtiterit, nec argentum hoc ſatis futurū ſcio.

De auiditate memoriam relinquendi. Cap. 10.

QVotquot primogenita inſtituūt, hac potiſsimū cauſa mouentur, vt ſui memoriā poſteritati relinquant. Auiditas enim prorogādi nominis vſq; adeò inſita eſſe videtur hominibus, vt ij etiam, qui omnia cum vita arbitrabantur extingui, famā nihilominùs affectarent, & bene audire vellēt iam ſepulti. Sicut eius impietatis ſignifer Epicurus, natalem ſuum diem celebrari, & epulum Plini⁹. lib. 35. cap. 2.

ſectatori-

ſectatoribus ſuis dari Luna viceſima, teſtamento ſuo cauit. Sed eá cupiditas homines diuinæ religionis ignaros temerè fatigare ſolebat, illud enim naturale verę immortalitatis deſiderium, tenebris mẽtis infectum atque corruptum, in hanc degenerauit famę cupiditatem, haud aliter quàm, cùm bonum ſemen in terram vitioſam incidit. Cæterùm verę religionis cultores, id eſt, Chriſtiani & Catholici homines, famam iſtam vanam & inanem, futiléq; memoriam, nec vtilem, nec ſatis tutam, nec perpetuam, ne diuturnam quidem, eſſe putamus.

Inutilem eſſe hanc memoriam.

Cap. 11.

AC primũ, quæ vtilitas eſſe poteſt homini mortuo, ſi nomen aliqđ vanũ, aut futilem famã poſteritati relinquat? Id cinerẽ aut manes credis curare ſepultus? Profectò mortuorũ animi maioribus vel fruuntur bonis, vel premũtur malis, quàm vt de rebus terrenis vacet, aut libeat cogitare. Nũquid cæli-

colæ

colæ curant,quid de nomine,aut memoria eorum mortales quidam loquantur?

Scilicet is ſuperis labor eſt,ea cura quietos Solicitat.

His verò qui iuſtiſsimo Dei iudicio in carcerem illũ infernũ ſunt conditi, quid proderit memoria vana,ſi vbi abſunt laudãtur,& vbi adſunt cremãtur?Diuus ille Chryſoſto- Homil.45
mus,ſiue quis alter,in opere imperfecto in Matthæũ exclamat,O inſipiẽs homo, quid prodeſt tibi poſt mortẽ iſta memoria, ſi vbi es, torqueris,& vbi non es laudaris?

An res tuta ſit cupiditas famæ.

Cap. 12.

HAnc nominis atq; memoriꝗ cupiditatem ſacra ſcripta non ſat probare videntur.Inquit enim propheta regius,Vocauerũt no Psal.48.
mina ſua in terris ſuis,Hæc via illorũ ſcãdalum ipſis,& auxiliũ eorũ veteraſcet in inferno à gloria eorũ.Ne timueris cùm diues factus fuerit homo,& cũ multiplicata fuerit gloria domus eius:Quia cùm interierit, nõ ſumet om̃ia,nec deſcẽdet cũ eo gloria eius.

Quid

Quid memorem peruagatum illud, quod ſacra Geneſeos tradit hiſtoria? Cũ terra eſſet labij vnius & ſermonum eorundem, liberi Noë dixerũt, Faciamus nobis ciuitatẽ & turrim, cuius culmen pertingat ad cælũ, & celebremus nomẽ noſtrum antequàm diuidamur in vniuerſas terras. Quod vidẽs dominus, cõfudit eorum linguam, vt intelligere non poſſet vnuſquiſq; vocem proximi ſui, & confuſum eſt labiũ vniuerſæ terræ, & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciem cũctarum regionũ. Confuſi ſunt atq; diſperſi, qui nomen ſuũ celebrare volebãt: vt qui memoriam quærebant in terris, eorũ memoria duraret in confuſione, ſicuti diuus Auguſtinus animaduertit, libro de mirabilibus ſacræ ſcripturæ. cap. 9.

Ex beato Chryſoſtomo.

Cap. 13.

In Geñ. ho. 30. EVndem locum enarrans diuus Chryſoſtomus inquit, Faciam⁹ nobis ipſis nomen, celebremus nomen noſtrũ. Vidiſti radicem mali?

mali?vt perpetuam memoriam conſequamur,vt noſtri perpetuò memores ſint poſteri,vt gloriã noſtram operemur,vt poſteritati perpetuum nomen relinquamus.Sũt multi etiam hodie qui illos imitantur,& talibus operibus celebrari volunt. Alij ſplendidas domos ædificãt,& lauacra,& portus, & deambulacra: quorum ſi aliquem rogaueris,quare ita laboret,tam miſer ſit,tantoſq; pecuniarum faciat ſumptus, eoſq; inutiles:nihil aliud audies quàm hęcvęrba:vt immortalem ſeruęt memoriã,& audiat, quòd illius eſt hæc domus,hic ager.Sed hoc non eſt tam laudem, quàm crimen ſibi parare. Nam ſtatim ad hæc ſubiungentur plurimarum contumeliarũ verba. Domus hæc huius eſt,huius auari, huius rapacis, huius viduarum & orphanorum ſpoliatoris, & cætera.Et explicans idem diuus verba illa, & cõfundamus illorum linguas, vt ne audiat vnuſquiſq;vocem proximi ſui:addit,Pœna hac quaſi perpetua nota ſigillabo illos,quæ eos omni ſeculo comitabitur, neque huius vllo tempore obliuiſcãtur: nam quia abuſi

ſunt

ſunt vocis vnitate, ideo vocis diuerſitate caſtigare volo. Sic igitur q̃ grauiter hi peccauerint, ex linguarum varietate protinus ſunt experti. Et confundamus, inquit, linguas eorum, vt non audiat vnuſquiſq; vocem proximi ſui. Vt ſicut linguæ vnitas cohabitationem fecit, ita linguæ diuerſitas diſpergat. Nam quibus nõ eſt idem ſermo & lingua, quomodo cohabitare poſſunt?

Non eſſe perpetua primogenita. Cap. 14.

NIhil eſt in rebus humanis perpetuum, nihil quod in iiſdem ſubſiſtat. Nam vt in republica Platonis ait Socrates, cuius & Ariſtoteles in politicis meminit, ſic natura cõparatum eſt, vt nihil perpetuò maneat, ſed in ambitu temporis omnia motu quodam orbiculari mutetur. Et Origenes alicubi inquit: Nihil in terra firmũ, nil ſtabile, nihil tutum. Omnia infirma, omnia caduca, omnia temporalia. Vita pertranſit, iuuentus ſeneſcit,

Lib. 5. c. vltí.

Homil. 4. in diuerſos

ſcit, honor aufertur, diuitiæ fugiunt, ac diuertentes ab alio, ad alium tranſeunt, meretricio more amorem fingentes, & nulli fidem ſeruantes. Et Gregorius Nazanzenus, Nihil in reb⁹ humanis ſtabile eſt: ſed circulus quidam res noſtras circum rotat, aliaſq; aliter fert mutationes, ſæpiùs in die vno, nõ nunquam etiam in hora. Et Plato in Philebo, In his quæ nullam prorſus ſtabilitatẽ habent, quo pacto nos ſtabile quicquã aſſequemur? Quid autem eſſe poteſt ſtabile inter homines & immobile, vt nullam patiatur mutationem, cùm omnis noſter ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtat?

Orat. 16.

Authẽ. de nõ alienã. §. vt autẽ.

Non eſſe perpetuitatem in poſteris. Cap. 15.

SEd quia hæc nimis generalia ſunt, ad propoſitum deueniamus. Nunquid memoria hominum perpetua erit in poſteris? Minimè omnium. Et ſi enim Calliſtratus dicat, idcirco filios filiáſve concipimus atque ædimus, vt ex eorum

l. Liberorũ. de ver. ſignifi.

eorum prole diuturnitatis nobis memoriã in æuum relinquamus: nec is eſt matrimoniorum ſcopus, nec perpetuitatem quiſpiã eo modo cõſecutus eſt, nec diuturnitatem quidem. Breui etenim tempore moriuntur filij, & nati natorũ, & qui naſcuntur ab illis. Nam vt canit Homerus, Iliados ſexto,

Perſimile eſt folijs hominum genus omne caducis.

Nihil eſt ſub ſole perpetuum, nihil non caducum & occiduũ. Fallitur quiſquis putat, numeroſa nepotũ turba, ſucceſsiua prole æternitatem gigni. Nullus Fabiæ, nullus Portiæ, nullus Cornelię gentis, nec quiſquã veterum ſupereſt illuſtrium. Vbi ſunt Principes gentium, & qui dominãtur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram? Qui in auibus cæli ludunt, qui argentum theſaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum? Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt, & alij loco eorum exſurrexerunt.

Salomonius.

Baruc.c.3.

Nobilitatem ciuilem eſſe mortalem. Cap. 16.

Generis

GEneris quoq; nobilitas mortalis est, nec imperpetuũ permanet: nullum enim vestigium apparet priscæ nobilitatis. Nec mirũ id, nam omne quod ortũ est mortalitas consequitur. Sic natura comparatum est, vt nihil insit rebus humanis constans & perpetuum: sed omnia sint infirma & imbecilla. Ita vt vel fortunæ telis in medio cursu obruantur, vel certè senio cõfecta, tandem interitu cõsumantur. Regna, imperia, honores, nobilitas, diuitiæ, opes, eaq; quæ sunt ijs cõtraria, in casu sita vt inquit Cicero, temporibus gubernãtur. Ingentes opes sæpe vna dies abstulit, multi honoratissimi antea, versis rerum vicibus, in cõtemptum venerũt cum ignominia. Iniquitas quàm plurimos honoris possessione deiecit, & ignominiam ac dedecus posteris eorũ peperit. Innumerabiles nimirum claris familijs orti, scelere & iniquitate, nobilitatem ciuilem, maiorum virtute partam, sibi ipsis detraxerũt, & vniuersæ posteritati tenebras offuderunt.

Oso. lib. 2. de noui. ciui.

1. Offi.

Philo. lib. de Ioseph.

Claras familias interire
Cap. 17.

QVid autem mirum, ſi nobilitas extinguatur, cùm familiæ ipſæ clariſsimæ prorſus ſint interituræ? Ecquod modò veſtigium in tueri poſſumus antiquarum familiarum? Omnes Iulij, Fabij, Metelli, Scipiones, vnà cũ fortuna populi Romani ita ſepulti ſunt, vt ſi aliquis exiſtat, qui ſe ab illis ortum aſſeuerat, perinde irrideť, ac ſi Pythagoræ ſomnium defendat. Vbi eſt illa Ptolemæorum familia, cuius ſplendor (vt ait Philo) per ſingulos ſucceſſores ad extremos terræ mariſque terminos emicuit? Vna dies aliũ de faſtigio detrahit, & alium tollit in altũ, cùm nihil in eodem ſtatu apud nos perpetuò maneat, ſed cuncta varijs omniſarijſque mutentur viciſsitudinibus. An non ex plebeis principes, plebei fiunt ex principibus: pauperes è diuitibus, è pauperibus locupletiſsimi: honorati è contemptis, ex obſcuris clariſsimi, mutatione pulcherrima? Hæc

Hierony. Oio.

Philo. lib. de ſomniis

eſt via rerum humanarum accliuis decliuiſque, incertis obnoxia caſibus, quorum inæquabilitatem ipſum tempus, veritatis amiciſsimum, non obſcuris argumentis indicat.

De ædificijs. Cap. 18.

DE ædificiorum vanitate ſapientiſsimus ille Salomō inquit, Magnificaui opera mea, & ędificaui mihi domos, & ſupergreſſus ſum operibus omnes, qui ante me fuerunt in Hieruſalem. Cumq; me conuertiſſem ad vniuerſa opera, quæ fecerant manus meæ, vidi in omnibus vanitatē, & afflictionē animi, & nihil permanere ſub ſole. Plurima in eandem ſententiam tradit Chryſoſtomus, quorum aliqua breuiter memorabo: non vt in caſtris, ſed vt in abundante tranquillitatis ciuitate viuimus. Quis enim vnquàm in exercitu domus fundamenta iecit? Quis ædes ædificat, cùm inde paulò pòſt deceſſurus ſit? Cur igitur magnificas

Eccleſ. c. 2.

In Matth. ho. 70.

Ho.7. de pœni.

ædes ſtruis o homo? Cur mœnia cōdis? Nemo in caſura vrbe ædificat. Nequaquam ergo in hoc ædificemus mūdo, cadet enim paulò pòſt. Quid in arena ædificamus? Et-

In Gen. ho. 30.

cętera. Idē diuus alibi, Lapidibus ædificaſſe, nō ſolùm nil nobis proderit, ſed nos continuò & clara voce infamabit. Et nos hinc abimus deferētes peccata, vnde hæc parta, & ædificia hîc relinquimus: quin nec frigidam & inutilem memoriam cōſequimur, ſed nomē ſtatim trāſit ad alterum. Etenim ſic res habent, vt ab hoc ad alium trāſeant, & ab illo iterum in alium. Et hodie quidem domus dicebatur huius, cras vel alio die & mox dicetur alterius. Prętereo alia, quæ idē Chryſoſtomus in priorem Pauli epiſtolam ad Timotheum ſcripſit, homilia. 15.

Aedificia omnia eſſe caduca.

Cap. 19.

INfra lunam nihil eſt, niſi mortale & caducū; itaq; ædificia perpetua eſſe non poſſunt. Ciuis meus Seneca, li-

ca, librô de vitæ breuitate, inquit: Quidã diſponunt etiam illâ, quæ vltra vitam ſunt: moles magnas ſepulchrorum, & operum publicorum dedicationes: ſed ea omnia caduca ſunt. Quid enim immortale manus mortales fecerint? Septẽ illa miracula, etſi quatris multò mirabiliora, ſequentium annorum extruxit ambitio, aliquando ſolò æquata viſentur: ita eſt, nihil perpetuum, pauca diuturna ſunt. Et Dionyſius Halicarnaſenſis, libro quarto antiquitatum Romanarum, Priſcorum regum monumenta, & Aſſyricæ mulieris muros Babylonicos, & Ægyptiorum regum Pyramides, & ſi qua alia extat principis alicuius diuitiarum & operarum multitudinis oſtentatio, parua ea ſunt omnia, temporaria, nullaque admiratione digna, non ad vitæ vtilitates inuenta, ſed tantùm ad conditorum fœlicitatis prædicationem, & oculorũ illecebras. Multa præterea in eandem ſententiam eleganter Poëtæ concinunt. Lucretius,

Deniq; non lapides quoq; vinci cernis ab æuo,
Non altas turres ruere, & putreſcere ſaxa?

Non delubra Deum ſimulacbraq́; feſſa fatiſci?

Cornelius Gallus.

Ipſa etiam veniens conſumet ſaxa vetuſtas:
Et nullum eſt, quod non tempore cedat opus.

Propertius.

Nam neq́; pyramidum ſumptus ad ſydera ducti,
Nec Iouis Elæi cælum imitata domus,
Nec mauſolæi diues fortuna ſepulcbri,
Mortis ab extrema conditione vacat:
Aut illis flamma, aut imber ſubducit honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.

Ouidius.

Tempus edax rerum, tuq́; inuidioſa vetuſtas,
Omnia deſtruitis, vitiataq́; dentibus æui.
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

Auſonius,

Miramur periſſe homines, monumenta fatiſcunt,
Mors etiam ſaxis, nominibuſq́; venit.

Olympius Nemeſianus,

Omnia tempus alit, tempus rapit, vſus in arcto eſt.

Ad inimicos nonnunquam primogenita tranſeunt.

Cap. 20.

Non

NOn ſolùm intereunt primogenitorum bona, ſed ad alienos & inimicos perſæpe trāſire ſolent. Etenim vt diuus Chryſoſtomus inquit, quādoque alienis ipſa peruenit cum domo hæreditas, non modò nobis præmorientibus, ſed etiā viuentibus: horum exempla in vrbibus plùra videntur. Poſſem & eorum fortaſſe aliquot vel nominatim exprimere, prolixioremq́; narrationem facere, multaſque domos vobis oſtendere, quæ proprios hoſtes ſuſceperunt eorū, qui in his laborauerunt: non domus modò, ſed & mancipia atque vniuerſa ſæpe hęreditas ad inimicos deuoluitur: eiuſmodi enim humana ſunt bona. Et ne quis putet hęc eadē primogenitis euenire non poſſe: ſtatim oſtendam, ea bona confiſcari, vſucapi, & alienari, atque alijs quoque modis diſsipari ac dilabi: vt perſpicuū ſit, quàm facilè ad alieniſsimos & inimiciſsimos primogenitorū bona tranſire queant.

Homil. 7. de pœnitētia.

De publicatione. Cap. 21.

PRimogenita omnia publicari possunt propter atrocia quędā & horrēda crimina, qualia sunt, hæresis, læsæ Maiestatis, & propter nefandū illud contra naturā. Etsi enim priuilegio regis ob alia crimina non confiscentur, semper tamen supra scripta excipiuntur. Quod idem locum habet, cùm primogenita fiunt legis permissu, ex tertia & quinta bonorum parte. Nam etsi lex sit generalis & nihil excipere videatur: in generali tamen concessu, non veniunt ea, quæ quis non esset in specie verisimiliter concessurus. Nec ius confiscandi, cùm sit regale, priuatorum dispositione auferri potest: nec regia lex id permittit. Et quia in Catholicis institutionibus de hac re multis verbis disputaui, pluribus nunc opus non est, illinc enim assumi possunt, quæ ad hunc locum pertinebunt.

Reg. 81. lib. 6.

Ca. 1. quæ sint regal.

De vsucapione.

Cap. 22.

BOna etiam primogenitorum, titulo & bona fide plusquam statuto tempore possessa, vsucapi possunt. Quod multis argumentis comprobatum, communi iurisperitorum sententia receptũ est. Sed id minimè mirum cuiquã videri debet, quandoquidem ecclesiarũ bona, quæ vix vnquam alienari queunt, quinetiam bona ipsa Romanæ ecclesiæ, quæ caput & mater est omnium ecclesiarũ, vsucapione adquiruntur, & ad vsus profanos transeunt. Cono. li. pp. c. 3. l. Sticho. d vsu & vsu fru. lega. In. §. diui. Authẽ. vt ecclẽ. Romana.

De re iudicata.

Cap. 23.

AD extraneos quoque bona primogenitorum pertinere possunt re iudicata, quæ quidẽ pro veritate accipitur: siue sententia lata sit iudicis imperitia, siue falsis testimonijs, siue quauis alia iusta vel iniusta causa. Tum illud addo, sententiam latam contra possessorem primogenitorum, successo- l. Ingeniũ. de sta. hom. l. Iulian. de con. indeb.

Couar. li. qq.c.13. ri eorum nocere, quanuis citatus nō sit. Atque id quidem communiter est receptum, & eo iure vtimur.

De alio modo alienationis.

Cap. 24.

L. Priceps. de legib.

DEcreto regis primogenita obligari & alienari possunt. Nam cùm eorū alienatio legibus dūtaxat regijs prohibita sit: relinquitur planè, regem è vinculis ea bona eximere posse, quod frequētissimè facit: & id antiquissimum est, vt Iustinianus nouella quadam constitutione nominatim expressit. Qua in re (mea quidem sententia) facilis princeps esse debet, præsertim cùm iusta aliqua causa hoc postulare videatur: videlicet, redemptionis captiuorum, dotium filiarum, aut si qua sit generis eiusdem.

159. de rest. fideicom.

Authent. rex quæ. C. cōmu. delega.

Vrbes plurimas interijsse.

Cap. 25.

QVid autem mirum si primogenita priuatorũ hominum facilè dilabantur, cùm regna palàm moriantur & vrbes? Multæ quidem ciuitates præter expectationem repentè euersæ sunt, aliæ ab igne, aliæ terræmotu, quædam accessu maris. Vbi nunc Helice? Absorpta est. Vbi Bura? Et hæc absorpta est. Duæ ciuitates Græcę tanquam nauigantes perierunt. Quot aliæ vrbes funditus euersæ sunt, quæ quondam habitatæ, nunc abierunt in fabũlam, post ingentem fœlicitatem repentinis obrutæ calamitatibus? Stobę. ser. de prospe ritate.

Nunc humilis veteres tantummodo Troia ruinas,
Et pro diuitijs tumulos ostendit auorum.
Clara fuit Sparta, magnæ viguere Mycenæ
Necnon & Cecropis, necnon Amphionis arces.
Vile solum Spartæ est, altæ cecidere Mycenæ,
Oedipodione quid sunt nisi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ restant, nisi nomen Athenæ?

Omnes quæ vsquam rerũ potiuntur vrbes, vbi fuerint, aliquando quæretur, & vario exitij genere tollentur. Alias destruent Seneca epist. 73. & 92.

bella,

bella, alias desidia, paxq; ad inertiam cõuersa consumet, & magis operibus exitiosa res luxus.

Imperia & regna perire.

Cap. 26.

Philo. lib. quòd De' sit immutabilis.

Vide regionũ integrarum & gentium mutationes. Floruit quondam Græcia, sed Macedones abstulerunt ei potentiam: postea Macedonia viguit opibus, sed diuisa in plures portiones debilitata est, donec omnino interijt. Ante res Macedonum inclyta fuerat Persarum fœlicitas, sed vna dies tam ingenti regno finem attulit. Fuit & Ægypti olim perampla magnificaq; potentia, sed nubis in morem præterijt eius fœlicitas. Quid Æthiopes? quid Carthago in Africa? quid Pontici reges? quid Europa Asiaque, & vt cõpendio dicã, totus orbis habitabilis? nonne more nauis susque deque iactatæ marinis fluctibus, nunc secundis ventis, nũc aduersis vtitur? Quis Assyriorum atq;

Persa-

atq; Perſarum Imperiũ deleuit? Quis Athenienſium opes euertit? Quis Macedonum potentiam excidit? Nihil aliud certè fuit in cauſa, quàm natura rerum humanarum, qua nihil eſt in terris imbecillius. Etenim ſi Cyrus Aſſyriorũ Imperium nõ deleuiſſet, ſi Alexãder non fregiſſet potentiam Perſarum, ſi Romanorum armis Macedones atque cũcta Græcia minimè corruiſſet: tamẽ neceſſe erat, vt omnia iſta imperia, vel aliorum viribus conciderent, vel ætate conſeneſcentia tandem interirent. Oſo.lib.3. de nobili. Christiana.

Memoriam non eſſe diuturnam. Cap. 27.

NIhil igitur eſt in rebus humanis præter vmbram auramq; leuiſsimam: nihil ſtabile aut firmum: nõ liberi, non poſteri, nõ ciuilis nobilitas, nõ domus, nõ vrbes, non regna, nõ imperia: quantò minùs hominis priuati memoria? Quæ nec æterna, nec perpetua eſſe poteſt, ne diuturna.

turna quidem. Non solùm homines ipsos, verùm etiam omnes nationes & imperia mors insequitur, omniaq; tandē concidūt, & obliuionis tenebris obruuntur. Non
Cap.1. est priorum memoria (inquit Ecclesiastes) sed ne eorum quidem, quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos, q futuri sunt
Cap.2. in nouissimo. Non erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuū: & futura tempora obliuione cuncta pariter operient.

Quæ vtilitas in posteris. Cap. 28.

Fingamus tamen posteros nostros nobiles diuitesq; permansuros per mille, bis mille, aut his amplius annos: quid nostra iuuant post facta nepotes?

Quid attinet ad hominem de domo sua
Iob.21.& post se? Siue nobiles fuerint filij eius, siue
14. ignobiles non intelliget. Fatendum est, vt
c. Fatēdū. Augustinus ait, nescire quidem mortuos
13.q.2. quid hîc agatur. Et sicuti beatus Hieronymus libro primo aduersus Iouinianum inquit,

quit, liberorum cauſa vxorē ducere, vt vel nomen noſtrum non intereat, vel habeamus ſenectutis præſidia, & certis vtamur hæredibus, ſtolidiſsimū eſt. Quid enim ad nos pertinet recedentes è mūdo, ſi nomine noſtro alius nominetur? Aut quæ ſenectutis auxilia ſunt, enutrire domi, ſi aut prior te fortè moriatur, aut peruerſiſsimis ſit moribus, aut certè cū admaturā ætatem venerit, tardè ei videaris mori? Certior hęreditas eſt, dum viuis bene vti ſubſtātia tua: quàm tuo labore quęſita in incertos vſus relinquere.

DE PRIMOGENITIS Hiſpaniæ Liber Quintus.

Expedire nobis, omnia ſub luna eſſe caduca. Cap. 1.

DIVINA illa Dei ſapientia conſulens nobis, prouidenſque conſtituit, vt nihil infra lunam eſſet, non caducum, fragile ac vanum:

vanum: ſcilicet, ne rebus his temporalibus nimiũ affixi ſimus. Quod ipſum diuus Chryſoſtom⁹ copioſè ac frequẽter admonet: ſed quædã illius verba nũc retuliſſe ſufficiet. Is
Homi. 12. in epiſtolam Pauli ad Hebræos, poſt alia in-
Idẽ ad populũ Antio. ho. 6. & 42. quit, Multa quippe Deus, vt ambitionẽ noſtram recideret, fecit: & adhuc altiſsima illa manus quantis nos paſsionibus circũdedit, vt noſtram recideret arrogantiam. In maximo te timore cõſtituit, & neq; ſic humilia ſapis. Propterea celeres mutatiões exiſtunt & ruinæ, & neq; ſic corripimur. Propterea mortes frequẽtes, & immaturæ, nos autẽ veluti immobiles ſuperbimus. Sic rapimus aliena & ſic ampliora cupimus, velut nũquam eſſemus reddituri rationem. Sic ædificamus, tãquam hìc perpetuò permanſuri. Et neq; Dei verbum per ſingulos dies nobis inſonans, neq; ipſæ res nos corripiũt. Nemo diuina ſapit, nemo cõtemnit quæ in terra ſunt, nemo ad cælum attendit. & cætera. Quòd ſi his rebus minimè permanenti-
Orat. 16. bus (vt ait Nazanzenus) vſq; adeò dediti & affixi ſumus, quid putas facturi eſſemus, ſi

proſpe-

proſperitas noſtra durabilis eſſet?

Deſpicienda eſſe terrena. Cap. 2.

NOs verò nitimur ſemper in veti tum cupimusq; negata, & ipſi nobis permāſura promittimus bona fortunæ: & fœlicitatem, cuius ex omnibus rebus humanis velociſsi ma eſt leuitas, habituram in aliquos pondus ac moram credimus. Et perpetua ſibi omnia promittentibus in mentem non venit, idipſum ſupra quod ſtamus, ſtabile non eſſe. Non habemus hîc ciuitatem permanẽtem, ſed futuram inquirimus. Ex ipſa vita diſcedimus tanquam ex hoſpitio. Non tanquam ex domo: commorandi enim natura diuerſorium, non habitandi dedit. Væ (inquit Eſaias) qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci: nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? Et beatus Chryſoſtomus libro primo de compũctione cordis, Quid

Seneca li. 6. naturali.

Hebr. vlt.

Cicero. in Lælio.

Cap. 5.

Non delubra Deum simulachraq́; fessa fatisci?

Cornelius Gallus.

Ipsa etiam veniens consumet saxa vetustas:
Et nullum est, quod non tempore cedat opus.

Propertius.

Nam neq; pyramidum sumptus ad sydera ducti,
Nec Iouis Elæi cælum imitata domus,
Nec mausolæi diues fortuna sepulchri,
Mortis ab extrema conditione vacat:
Aut illis flamma, aut imber subducit honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.

Ouidius.

Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa vetustas,
Omnia destruitis, vitiataq; dentibus æui.
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Ausonius,

Miramur perisse homines, monumenta fatiscunt,
Mors etiam saxis, nominibusq; venit.

Olympius Nemesianus,

Omnia tempus alit, tempus rapit, vsus in arcto est.

Ad inimicos nonnunquam primogenita transeunt. Cap. 20.

Non

NOn ſolùm intereunt primogenitorum bona, ſed ad alienos & inimicos perſæpe trāſire ſolent. Etenim vt diuus Chryſoſtomus inquit, quādoque alienis ipſa peruenit cum domo hæreditas, non modò nobis præmorientibus, ſed etiā viuentibus: horum exempla in vrbibus plura videntur. Poſſem & eorum fortaſſe aliquot vel nominatim exprimere, prolixioremq́; narrationem facere, multasq́ue domos vobis oſtendere, quæ proprios hoſtes ſuſceperunt eorū, qui in his laborauerunt: non domus modò, ſed & mancipia atque vniuerſa ſæpe hęreditas ad inimicos deuoluitur: eiuſmodi enim humana ſunt bona. Et ne quis putet hęc eadē primogenitis euenire non poſſe: ſtatim oſtendam, ea bona confiſcari, vſucapi, & alienari, atque alijs quoque modis diſsipari ac dilabi: vt perſpicuū ſit, quàm facilè ad alieniſsimos & inimiciſsimos primogenitorū bona tranſire queant.

Homil. 7. de pœnitētia.

De publicatione. Cap. 21.

PRimogenita omnia publicari possunt propter atrocia quædã & horrẽda crimina, qualia sunt, hæresis, læsæ Maiestatis, & propter nefandũ illud contra naturã. Etsi enim priuilegio regis ob alia crimina non confiscentur, semper tamen supra scripta excipiuntur. Quod idem locum habet, cùm primogenita fiunt legis permissu, ex tertia & quinta bonorum parte. Nam etsi lex sit generalis & nihil excipere videatur: in generali tamen concessu, non veniunt ea, quæ quis non esset in specie verisimiliter concessurus. Nec ius confiscandi, cùm sit regale, priuatorum dispositione auferri potest: nec regia lex id permittit. Et quia in Catholicis institutionibus de hac re multis verbis disputaui, pluribus nunc opus non est, illinc enim assumi possunt, quæ ad hunc locum pertinebunt.

Reg. 81. lib. 6.

Ca. 1. quæ sint regal.

De vsucapione.

Cap. 22.

Bona etiam primogenitorum, titulo & bona fide pluſquam ſtatuto tempore poſſeſſa, vſucapi poſſunt. Quod multis argumentis comprobatum, communi iuris peritorum ſententia receptū eſt. Sed id mininimè mirum cuiquā videri debet, quandoquidem eccleſiarū bona, quæ vix vnquam alienari queunt; quinetiam bona ipſa Romanæ eccleſiæ, quæ caput & mater eſt omnium eccleſiarū, vſucapione adquiruntur, & ad vſus profanos tranſeunt.

Contr. li. qq. c. 1. l. Sticho. d vſu & vſu fru. lega. In. §. diui. Authē. vt eccle. Roma.

De re iudicata.

Cap. 23.

Ad extraneos quoque bona primogenitorum pertinere poſſunt re iudicata; quæ quidē pro veritate accipitur: ſiue ſententia lata ſit iudicis imperitia, ſiue falſis teſtimonijs, ſiue quauis alia iuſta vel iniuſta cauſa. Tum illud addo, ſententiam latam contra poſſeſſorem primogenitorum, ſucceſſo

l. Ingeniū de ſta. hominu. l. Iulian⁹. de con. indeb.

QVid autem mirum si primogenita priuatorũ hominum facilè dilabantur, cùm regna palàm moriantur & vrbes? Multæ quidem ciuitates præter expectationem repentè euersæ sunt, aliæ ab igne, aliæ terræmotu, quædam accessu maris. Vbi nunc Helice? Absorpta est. Vbi Bura? Et hæc absorpta est. Duæ ciuitates Græcę tanquam nauigantes perierunt. Quot aliæ vrbes funditus euersæ sunt, quæ quondam habitatæ, nunc abierunt in fabulam, post ingentem fœlicitatem repentinis obrutæ calamitatibus? Stobę. ser. de prospe ritate.

Nunc humilis veteres tantummodo Troia ruinas,
Et pro diuitijs tumulos ostendit auorum.
Clara fuit Spartæ, magnæ viguere Mycenæ
Necnon & Cecropis, necnon Amphionis arces.
Vile solum Spartæ est, altæ cecidere Mycenæ,
Oedipodione quid sunt nisi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ restant, nisi nomen Athenæ?

Omnes quæ vsquam rerũ potiuntur vrbes, vbi fuerint, aliquando quæretur, & vario exitij genere tollentur. Alias destruent Seneca epist. 73. & 92.

bella, alias desidia, paxq; ad inertiam cõuersa consumet, & magis operibus exitiosa res luxus.

Imperia & regna perire. Cap. 26.

Philo. lib. quòd De' sit immutabilis.

VIde regionũ integrarum & gentium mutationes. Floruit quondam Græcia, sed Macedones abstulerunt ei potentiam: postea Macedonia viguit opibus, sed diuisa in plures portiones debilitata est, donec omnino interijt. Ante res Macedonum inclyta fuerat Persarum fœlicitas, sed vna dies tam ingenti regno finem attulit. Fuit & Ægypti olim perampla magnificaq; potentia, sed nubis in morem præterijt eius fœlicitas. Quid Æthiopes? quid Carthago in Africa? quid Pontici reges? quid Europa Asiaque, & vt cõpendio dicã, totus orbis habitabilis? nonne more nauis susque deque iactatæ marinis fluctibus, nunc secundis ventis, nũc aduersis vtitur? Quis Assyriorum atq;

atq; Perſarum Imperiũ deleuit? Quis Athenienſium opes euertit? Quis Macedonum potentiam excidit? Nihil aliud certè fuit in cauſa, quàm natura rerum humanarum, qua nihil eſt in terris imbecillius. Etenim ſi Cyrus Aſſyriorũ Imperium nõ deleuiſſet, ſi Alexãder non fregiſſet potentiam Perſarum, ſi Romanorum armis Macedones atque cũcta Græcia minimè corruiſſet: tamẽ neceſſe erat, vt omnia iſta imperia, vel aliorum viribus conciderent, vel ætate conſeneſcentia tandem interirent.

Oſo. lib. 3. de nobili. Chriſtiana.

Memoriam non eſſe diuturnam. Cap. 27.

NIhil igitur eſt in rebus humanis præter vmbram auramq; leuiſsimam: nihil ſtabile aut firmum: nõ liberi, non poſteri, nõ ciuilis nobilitas, nõ domus, nõ vrbes, non regna, nõ imperia: quantò minùs hominis priuati memoria? Quæ nec æterna, nec perpetua eſſe poteſt, ne diuturna.

turna quidem. Non solùm homines ipsos, verùm etiam omnes nationes & imperia mors insequitur, omniaq; tandē concidūt, & obliuionis tenebris obruuntur. Non
Cap.1. est priorum memoria (inquit Ecclesiastes) sed ne eorum quidem, quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos, q futuri sunt
Cap.2. in nouissimo. Non erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuū: & futura tempora obliuione cuncta pariter operient.

Quæ vtilitas in posteris.
Cap. 28.

Fingamus tamen posteros nostros nobiles diuitesq; permansuros per mille, bis mille, aut his amplius annos: quid nostra iuuant post facta nepotes?

Quid attinet ad hominem de domo sua
Iob.21.& 14. post se? Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles non intelliget. Fatendum est, vt
c. Fatēdū. 13.q.2. Augustinus ait, nescire quidem mortuos quid hîc agatur. Et sicuti beatus Hieronymus libro primo aduersus Iouinianum in-

quit,

quit, liberorum cauſa vxorē ducere, vt vel nomen noſtrum non intereat, vel habeamus ſenectutis præſidia, & certis vtamur hæredibus, ſtolidiſsimū eſt. Quid enim ad nos pertinet recedentes è mūdo, ſi nomine noſtro alius nominetur? Aut quæ ſenectutis auxilia ſunt, enutrire domi, ſi aut prior te fortè moriatur, aut peruerſiſsimis ſit moribus, aut certè cū ad maturā ætatem venerit, tardè ei videaris mori? Certior hęreditas eſt, dum viuis bene vti ſubſtātia tua: quàm tuo labore quęſita in incertos vſus relinquere.

DE PRIMOGENITIS Hiſpaniæ Liber Quintus.

Expedire nobis, omnia ſub luna eſſe caduca. Cap. 1.

DIVINA illa Dei ſapientia conſulens nobis, prouidenſque conſtituit, vt nihil infra lunam eſſet, non caducum, fragile ac vanum:

vanum: ſcilicet, ne rebus his temporalibus nimiũ affixi ſimus. Quod ipſum diuus Chryſoſtom⁹ copioſè ac frequẽter admonet: ſed quædã illius verba nũc retuliſſe ſufficiet. Is
Homi. 12. in epiſtolam Pauli ad Hebræos, poſt alia in-
Idẽ ad populũ Antio. ho. 6. & 42. quit, Multa quippe Deus, vt ambitionẽ noſtram reciderer, fecit: & adhuc altiſsima illa manus quantis nos paſsionibus circũdedit, vt noſtram recideret arrogantiam. In maximo te timore cõſtituit, & neq; ſic humilia ſapis. Propterea celeres mutatiões exiſtunt & ruinæ, & neq; ſic corripimur. Propterea mortes frequẽtes, & immaturæ, nos autẽ veluti immobiles ſuperbimus. Sic rapimus aliena & ſic ampliora cupimus, velut nũquam eſſemus reddituri rationem. Sic ædificamus, tãquam hîc perpetuò permanſuri. Et neq; Dei verbum per ſingulos dies nobis inſonans, neq; ipſæ res nos corripiũt. Nemo diuina ſapit, nemo cõtemnit quæ in terra ſunt, nemo ad cælum attendit. & cętera. Quòd ſi his rebus minimè permanenti-
Orat. 16. bus (vt ait Nazanzenus) vſq; adeò dediti & affixi ſumus, quid putas facturi eſſemus, ſi

proſpe-

proſperitas noſtra durabilis eſſet?

Deſpicienda eſſe terrena. Cap. 2.

NOs verò nitimur ſemper in veti tum cupimusq́; negata, & ipſi nobis permãſura promittimus bona fortunæ: & fœlicitatem, cuius ex omnibus rebus humanis velociſsima eſt leuitas, habituram in aliquos pondus ac moram credimus. Et perpetua ſibi omnia promittentibus in mentem non venit, idipſum ſupra quod ſtamus, ſtabile non eſſe. Non habemus hîc ciuitatem permanẽtem, ſed futuram inquirimus. Ex ipſa vita diſcedimus tanquam ex hoſpitio. Non tanquam ex domo: commorandi enim natura diuerſorium, non habitandi dedit. Væ (inquit Eſaias) qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci: nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? Et beatus Chryſoſtomus libro primo de compũctione cordis, Quid

Seneca li. 6. natura. li.

Hebr. vlt.

Cicero. in Lælio.

Cap. 5.

de mandato illo dicam, quo iubemur, non thesaurizare super terram? Quod fortè quidem faciunt pauci: cæteri verò quasi econtrariò audierint præceptum, & quasi dictũ sit ad eos, thesaurizate vobis omni modo super terram: ita relinquentes cælum adhæserunt terræ, & insaniunt erga pecunias con-
Cap.3.homil.13. gregandas. Et in epistolam Pauli ad Philippenses, enarrans verba illa, quorũ finis est perditio, quorum Deus vẽter est, & gloria in dedecore ipsorũ, qui terrestria curãt. Quinam sunt illi? qui terrestria, inquit, curant. Ædificamus domos, vbi? In terra inquiunt. Possideamus agros, in terra rursus. Acquiramus principatum, iterũ in terra. Potiamur gloria, in terra quoq;. Diuitijs affluamus, omnia in terra. Isti, inquit, sunt, quorũ Deus vẽter est. Qui enim nihil rerũ spiritualium curant, sed hîc omnia possident, & terrena ista curant, hi proculdubio sunt qui Deum ventrem habent.

De veris diuitijs.

Cap. 3.

Ex qui-

EX quibus omnibus, alijsq; multis perſpicuum eſt, quàm lubrica ſint primogenita iſta. Si quis verò & ſibi & liberis ſuis rectiùs conſulere velit, ego illi viam monſtrabo, qua diuitias, nobilitatem, & memoriã æternam iuſtiſsimè conſequatur. Atque ea quidem, vt in pauca conferã, via virtutis & via mandatorum diuinorum eſt. Nam diuitiæ ſine virtute, vt Plato in Menexeno inquit, ſplendorem afferunt nullũ, quinimo ignauiam & vitia patefaciunt. Quamobrem filij virtutis potiùs quàm diuitiarum hæredes ſunt relinquendi. Hæ nanque caſu quidem vel leuiſsimo dilabuntur: illa verò immortalis, conſtans, æternaque permanet. Et beatus Chryſoſtomus ſanctiſsimè monet, vt ne operam noſtram in colligendas opes collocemus, quas relinquamus filijs: ſed doceamus eos virtutem, & benedictionem Dei illis imprecemur. Iſtæ enim iſtæ maximæ ſunt facultates, iſtæ ſunt ineffabiles diuitiæ, quæ non abſumuntur, quæ quotidie ſubſtantiam noſtram augent.

I Gen. homil. 60.

gent. Omnes igitur filios noſtros doceamus, vt virtutem rebus omnibus præferant, nihilique faciant pecuniarum abundantiam.

Laborandum, vt probi ſint filij. Cap. 4.

NE autem vnus filiorum ſatur ſit, cæteri verò eſuriant, ſed pariter ſint omnes locupletes: curare parentes debent, vt filij omnes æqualiter virtute ſint prædití. Hæc enim eſt dos magna parentum, tametſi non multis admodum opibus abundent filij.
Pſal. 36. Melius enim eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas. Ne iucunderis
Cap. 16. (inquit Eccleſiaſticus) in filijs impijs, ſi multiplicetur: nec oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt timor Dei in illis. Melior eſt enim vnus timens Deum, quàm mille filij impij. Et beatus Chryſoſtomus in epiſtolam Pau-
Homil. 7. li ad Romanos, Nō huc ſpectemus, quomodo liberos diuites relinquamus, ſed quomo

do relinquamus virtute cõſpicuos. Si enim cœperint diuitijs ſibi relictis inniti, nullius prætereà rei curam admittent, vt qui iam habeant vnde morũ ſuorum malitiã adum brent: ſi verò ſe omni diuitiarum ſolatio nu dos cognouerint, omnia tẽtabũt, quatenus ipſa virtute paupertati ſuæ plurimum pręſi dij acquirant. Etenim vt quidam rectè ait, paupertas eſt, virtus per ſe docta.

Recta educatione virtutem ad quiri. Cap. 5.

EDucatio ſolet mores efficere, nec vlla re magis virtus acquiri poteſt. Nam vt Socrates apud Platonem inquit, puerorum na 6.De rep.
tura conuenientem nacta diſciplinam, ſem &.6.de legib.
per proficiendo ad omnem peruenit virtutem: enutrita autem ſi fuerit peruerſè, ad cõ traria facilè dilabitur. Et Iſocrates in Areopagitico, Pleroſq; ijs moribus & inſtitutis ſi miles euadere neceſſe eſt, quibus ſinguli educati fuerint. Diotogenes quoque libro

de sanctitate ait, fundamentum esse totius reipublicæ adolescentium educationem. Haud enim vnquam vites vtilem fructum protulerint, quæ non bene sunt excultæ: nec vnquam pulchri fiunt equi, pullorum educatione neglecta. Verùm de vitibus quidem quo pacto putari & curari debeāt, studium est hominibus: ingeniorum verò humanorum cultus negligitur, & temerè tractatur. Quanuis vitis & vinum non regant ciuitates, sed homo & hominis animus. Erudiendi sunt igitur filij summa cum diligentia, vt timorem Dei doceantur ac discant contemnere ventrem, & abstineant, à superfluis sumptibus, & pij sint in parentes, vt ipsis præmiorum ingentes adijciant cumulos, & omnia in Dei gloriam & eorum salutem fiant.

Chrys. in epi. ad Timo. ho. 9. & ad Tit. ho. 2. & in Matt. ho. 60.

De abusu educationis filiorum. Cap. 6.

Iure

TVre igitur ac meritò antiquus ille Crates exclamare ſolebat: quorſum ruitis homines, qui omne in cõparandis pecunijs veſtrum ſtudiũ facitis: filiorum verò, quibus eas relinquitis nullam ſanè curam ſuſcipitis? Quod etiam Socrates crebris ſermonibus vſurpabat, vt Plato in Clitiphone author eſt. Xenophon quoque in epiſtola ad Critonem, inquit: Scias Socratem frequenter ad nos dixiſſe, quòd illi, qui filijs de multis opibus proſpiciunt, vt autem boni atque egregij euadant, negligunt: ſimile quid agãt equos alẽtibus, quos belli diſciplinam nõ docent, multũ verò pabuli exhibẽt. Sic enim equos habituri ſunt pinguiores, ſed rerũ quas præſtare oportet, imperitos. Eodẽ modo peccare illos, qui filijs multos agros cõparant, ipſos verò negligunt. Maior nobis poſſeſsionum cura eſt, quàm eorum, quorum gratia illæ comparantur. Quod, ſicuti Chryſoſtomus inquit, abſurdiſsimũ profectò atq; ſtolidiſsimum eſt. Nam filijs non rectè inſtitutis præſtat pauperes eſſe, quàm diuites. Paupertas

enim vel inuitos coërcet, atq; intra virtutis limites continet: opes verò ne volentes quidem pudicè ac tēperanter viuere sinunt.

Contra patres negligentes. Cap. 7.

SEmper ante oculos debet esse parentibus exēplum illud Heli, cuius in primo Regno-
Cap.3. rum libro, his verbis mentio facta est. Dixit Dominus ad Samuëlem, Ecce ego facio verbū in Israël, quod quicunq; audierit, tinnient ambæ aures eius. Inde illa suscitabo aduersum Heli omnia, quæ locutus sum super domū eius, incipiam & cōplebo. Prędixi enim ei, quòd iudicaturus essem domū eius in æternum, propter iniquitatem eius: eò quòd nouerat indignè agere filios suos, & non corripuęrit eos. Idcirco iuraui domui Heli, quòd nō expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vsque in ęternum. Audite hæc
In. 1. ad Timo. ho. 9. patres (inquit Chrysostomus) vestrosque fi-

lios

lios in disciplina & correptione domini erudite summa cum diligentia: Nā qui hæc neglexerint, grauissimis afficientur cruciatibus. Nempe enim & Heli ꝓpter filios perijt. Illos quippe cùm acriùs coercere debuisset, verbis tandem lenibus monuit. Quocirca dum illis molestus esse seuera increpatione recusat, & illos & se ipsum vnà perdidit.

In eandem sententiam plura.

Cap. 8.

OMnia quæ deliquerint filij, vt Origenes, libro primo in Iob, inquit, de parentibus eorū requirentur, qui nō erudierunt, neq; corripuerunt eos. Et Beatus Chrysostomus libro tertio aduersus vituperatores vitæ monasticæ: Et si vitam nostrā omnem summa cum diligentia & cura disponamus; extrema animaduersione puniemur, si liberorū salutem neglexerimus. Et post aliqua contra patres negligētes: Hos ego patres parricidis ipsis immaniores, sceleratioresq; dixē-

rim: illi enim corpus ab anima diſſeparant: iſti & animã & corpus æternis ignibus tradunt. Atq; is quidẽ qui corpore occiditur, neceſſariò naturali lege etiã ſi necatus non fuiſſet, moreretur: hic verò ſempiternã mortem vitare potuiſſet, niſi hanc illi conſciuiſſet paterna negligentia.

De diuitijs filiorum optimis. Cap. 9.

QVòd ſi filij rectè educati fuerint, erũt illi quidẽ locupletiſsimi, id eſt omni virtutũ genere præditi. Atq; ea filijs erit opulentiſsima hæreditas & beatiſsima. Qua nõ modò primógenitus, ſed & cæteri oẽs filij æqualiter erũt ditiſsimi. Nec fluxa & caduca hæc diuitiarũ poſſeſsio eſt, ſed conſtans fixa & æterna. Nec enim virtus interit vnquã, ſed etiam morte peremptis lucet. Nã, vt Sophocles inquit, virtutis ſola cõſtans perpetuaq; eſt poſſeſſio. Et Euripides, Pueros probè inſtituite, non eſt enim virtute vlla poſſeſsio pretio-

pretiosior. Rectè itaq; Plato scripsit in Theage, Nō video vbi maiore diligētia opus sit, si modò quis mentē habeat, quàm vt filium optimū reddat. Nam id officiū est verè paternū. Etenim qui matrimonio iuncti sunt, ijs scopus & institutum esse debet, liberorū procreatio: finis autē vt boni sint liberi, vt Clemens Alexandrinus tradit, libro secundo Pædagogi. capite decimo.

De vera nobilitate. Cap. 10.

Filij autē virtutibus ornati, non solū locupletes sunt diuitijs optimis, sed vera quoq; nobilitate nobiles: nobilitas enim sola est atq; vnica, virtus. Bonus vir (inquit Euripides) mihi nobilis videtur. Qui verò non iustus est, licèt à patre meliore, q̃ Iupiter sit, genus deducat; ignobilis mihi cēsetur. Et idem alibi, Fortes natura & iustos, quāuis è seruis natos, nobiliores esse dico, quā inani gloria tumidos. Et alius, Tutissima generis laus est, virum collaudare:

qui

qui iustus fuerit, & moribus optimus, ac eũdem vocare nobilem. Et Phalaris in epistola ad Axiochum, Ego pręter virtutẽ nullam agnosco nobilitatem: reliqua verò cuncta fortunã æstimo. Et Philo libro de nobilitate, Nobiles dicendi sunt soli prudẽtes & iusti, etiã si è vernis aut emptitijs nati sint. Et Seneca libro de moribus, Nobilitas animi est, generositas sensus. Nobilitas corporis generosus animus. Et beatus Hieronymus in epistola ad Celãtiã, Sola apud Deũ libertas est, non seruire peccatis, summa apud Deum nobilitas est, clarũ esse virtutibus.

Inanem esse nobilitatem sine virtute. Cap. 11.

Salomon ille sapientissimus, in libro Sapientiæ inquit, Sum quidem & ego mortalis homo similis omnibus, & ex genere terreno illius, qui primus factus est. Vnus introitus est omnibus ad vitã, & similis exitus. Ac si diceret, æqualis sum cæteris, quamuis nobilissimus sim.

Cap. 7.

Et

Et Euripides in Alexandro, Superflua eſt oratio, ſi mortalem nobilitatem laudaueris. Olim enim cùm primùm nati ſumus, & mater tellus homines formauit, omnibus conſimilem largita eſt faciē: peculiare nihil habemus, ſed vna generis eademq; origo nobiles atq; ignobiles produxit: tēpus autem legibus arbitrarijs nobilitatē efficit magis glorioſam. Et Menāder in Cnidia, Nullum opinor eſſe generis diſcrimen: ſed ſi rectè conſideraueris, in genus idem qui bonus: malus autem ſpurius eſt. Et Seneca, Omnes Epiſt. 44. ſi ad originem primam reuocantur, à dijs ſunt: nullius nō origo vltra memoriam iacet. Plato ait, neminem regem non ex ſeruis eſſe oriundū: neminem non ſeruum ex regibus. Omnia iſta longa varietas miſcuit, & ſurſum deorſumq; fortuna verſauit. Et Ioānes Chryſoſtomus, Dic quæſo, quid genus In Mat. eſt? Nihil aliud certè, q̃ verbi ſonitus ho. 59. ab omni re deſtitutus: quod in extremo illo die probè ſcietis. Et Boëtius libro tertio,

Omne hominum genus in terris ſimile ſurgit ab ortu. Metro. 6.
Vnus enim rerum pater eſt, vnus cuncta miniſtrat.

Hic

Hic clausit membris animos celsa sede petitos.
Mortales igitur cunctos edit nobile germen.
Quid genus & proauos strepitis? si primordia vestra,
Autoremq; Deum spectes, nullus degener extet:
Ni vitijs peiora fouens proprium deserat ortum.

De nobilitate Christiana.

Cap. 12.

Christiana verò nobilitas, non ex moralibus tantùm, sed ex Theogicis etiam virtutibus in primis constat. Vt enim diuus Chrysostomus ait, nobilitas nostra ex fide est: non ex fide illa quidem, quam huius temporis hæretici fingũt, ad suam ipsorũ perditionem. Sed ex fide, quæ per charitatem operatur, quam & apostoli tradiderunt, & catholica Christi ecclesia docuit, docet, & in finem vsque seculi docebit semper. Impij autem qui circunferuntur omni vento doctrinæ, & Spiritui sancto & Catholicæ ecclesiæ aduersantur: quamuis longo censeantur ordine, quamuis regius illis sit maternus paternus-

In episto. ad Ro. ser. 14.

Iacobi. 2.

Cap. Infames. 6. q. 1.

ternusque sanguis, abominabiles tamen, viles & infames erunt. ca. Alieni. 2.q.7.

De filijs beatis.

Cap. 13.

Vidisti quomodo filios tuos & diuites & verè nobiles efficere possis? Vis vt beati sint & benedicti? Sis tu quoq; iustus & rectus. Nã vt sapiẽs ait, iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet. Et propheta regius, generatio, inquit, rectorũ benedicetur. Nec ideò minùs beati erunt filij, si non admodum multis diuitijs affluãt: melior enim est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quàm diues torquẽs labia sua. Adde quòd Prouerb. 20. Psal. 111. Prouer. 19

Viuitur exiguo melius, natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognouerit vti. Claud. li. 1.
Hæc si nota forent frueremur simplici cultu.
Quòd si quis vera vitam ratione gubernat, Lucret. li. 5.
Diuitiæ grandes homini sunt, viuere parcè.

Quid est igitur, quòd rara & pretiosa potius

tiùs expetuntur, quàm quæ parabilia ſunt, & vilis pretij? Muſonius reſpondit, quoniã honeſta bonaq; ignorantur, & pro veritate opinio apud ſtultos locum habet: ſicut inſani quoq; alba frequẽter exiſtimant eſſe nigra: ſtultitia verò inſaniæ cognata eſt.

De nomine perpetuo.
Cap. 14.

QVòd ſi nomẽ tuum perpetuum fore deſideras: in terra tua ne voces illud. Quid enim tua refert, Naſſo nomineris an Capito? Sed illud cura atq; labora, vt per bona opera certam facias vocationẽ tuã, vt non deleatis de libro vitę, ſed beatis illis diſcipulis annumerari valeas: quibꝰ Chriſtus ipſe Deus noſter
Lucæ. 10. dixit, Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Verúntamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubijciũtur: gaudete aũt quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.

De ar-

De armis. Cap. 15.

ET ne tibi deſint arma, quibus hoſtes vincere, atque memoriam æternam conſequi poſsis: ea tibi Paulus apoſtolus indicat, in epiſtola ad Epheſios dicẽs: State ſuccincti lumbos veſtros in veritatẽ, & induti loricam iuſtitiæ, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſsitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Et in ea epiſtola, quæ prior eſt ad Theſſalonicenſes, idem apoſtolus inquit, Nos autem qui Dei ſumus, ſobrij ſimus, induti loricam fidei & charitatis, & galeam, ſpem ſalutis. Hæc ſunt armorum inſignia Catholici viri, nil ea curantis, quæ ciuis meus Seneca libro tertio de beneficijs, vanitatis arguit, dicens: Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ ſuæ longo ordine, ac multis ſtemmatum illigata flexuris, in parte prima ædium collocant, noti magis quàm nobiles ſunt. Vnus omnium parens mun-

Cap. 6.

Cap. 5.

dus est, siue per splédidos, siue per sordidos gradus, ad hunc prima cuiusque origo perducitur. Sunt tamen, qui his atque id genus alijs, insipientiæ suæ relinquunt hominibus memoriam.

Sapien.10.

De ædificijs æternis.

Cap. 16.

In Ioã. homil. 55.

SI in hac vita (inquit Chrysostomus) vt splendidas nobis domos & salubres comparemus, magnam pecuniarum vim ædificando anxij consumimus: considera qui nobis subeundi sint labores, vt clarissimam nobis in cælis domum ædificemus, vbi lux est ineffabilis. Hîc enim & pugnæ & contentiones de parietibus & stillicidijs, illic minimè. Nulla inuidia, nullus liuor, nulla de luminibus cõtentio. Et hæc sine dubio relinquenda, illa perpetuò permansura est. Hác pauper sibi comparare nõ potest, illam duobus potest obolis quinis emere, vt vidua illa. Paruo labore

bore illam & exiguo sumptu ædificare poteris. Eius opifex & autor Deus est, sed manus pauperum eam ædificant. Hæc optima ædificatio, summa sapiētia, sicut quam hîc facimus summa dementia: quandoquidem paulò pòst, eam relicturus es. Sed filijs relinquā, inquis, at illi paulò pòst, te etiam sequentur, nonnunquámque præcedent, itidem & eorum posteri: quod etiam te anxium reddet, cùm hæredes tuos non diutiùs possessuros videas. Illic autem nulla huiusmodi suspicio, sed immutabilis & tibi & filijs & nepotibus manet possessio, si eandē virtutem imitabuntur.

De tabernaculis iustorum.

Cap. 17.

SCimus (inquit Paulus apostolus) quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habeamus, domum nō manu factam, sed æternā in cælis. In domo illa mansiones

multæ sunt, & tabernacula sanctorum solida, atq; in sanctis illis exultatio, gaudium & lætitia. Vox enim exultationis in taber-
Psal. 117. naculis iustorum. Æterna sunt tabernacula illa finem non habentia: non tempore cadunt, non possessores mutant, sed permanent continuò in vigore. In hanc structuram pecuniam nostram impendamus. Nõ architectorum sanè, aut operariorum magna nobis fuerit cura: pauperum manus domos huiusmodi construunt, claudi, esurientes illas ædificant. Ne mireris, quoniam quidem hi & regnum nobis propinant, fiduciamq; nobis ad Deum tribuunt. Nam eleemosyna ipsa artifex est, optimaque illorum propugnatrix & tutela, qui exercent eam: etenim Deo amica est, & cominus sibi semper assistit. Quos amauerit, his facilimè gratiam impetrauerit. Huic multa, cum facultate cælorum aperiuntur portæ.

De æterna memoria.

Cap. 18.

Ad ex-

AD extremum, si memoriam æternam desideras, & vt semē tuum potens in terra sit, atq; iustus in primis esto. Vt enim Salomon inquit, memoria iusti cū laudibus, & nomen impiorū putrescet. Et pater eius Dauid, In memoria æterna erit iustus, potens in terra erit semē eius. Et beatus ille Chrysostomus, Si æternā memoriā amas, ego tibi viam mōstrabo, qua poteris semper celebrari, dabitque tibi fiduciam in futuro seculo. Hoc pacto igitur poteris & cōmemorari, & celebrari quotidie, encomijsq; euchi etiā post hāc vitā: si pecunias in manus inopum dispēses: Hęc memoria immortalis, hęc memoria sacerdotū peccatorū alloquitur, hæc multā tibi fiduciam apud Deū cōciliat. Cogita obsecro & hæc verba, quæ singuli dicturi sunt: hūc misericordē & benignū, hunc mansuetū, hūc humanū, hunc tam largū dispensatorē. Dispersit enim, inquit, dedit pauperibus: sed audi quod sequitur: iustitia eius manet in seculū. Vno die diuitias dispersit, & iustitia ei⁹ manet in seculum, & memoriā fecit immortalem.

Prouerb. 10.

Psal. 111.

In Gen. homi. 30.

lem. Vidisti memoriã, quæ se in omne seculum extẽdit? Vidisti memoriã magnis & ineffabilibus plenã bonis? Tali ędificio nostri memoriam relinquere studeamus.

Epilogus & conclusio.

Cap. 19.

DE origine & caussis, de cõtrouersijs, abusu, inconstantia & mutabilitate primogenitorũ, breuiter strictimq; disserui. Dixi prętereà, quæ sint optimæ diuitiæ, vera nobilitas, fœlix & æterna memoria. Atq; ea quidem omnia qui consequi velit, is vt in studiũ virtutũ incũbat, easq; ardẽter amplectatur necesse est. Quid enim aliud est in vita cõstans, excelsum atq; magnificũ? Vt enim quidã eleganter scripsit, siue diuitiarũ incõstantiã respiciamus, siue honoris & humanæ gloriæ leuitatem, siue quẽdam fucatũ generis & nobilitatis splẽdorem: nihil reperiemus, quod mẽtem valeat explere, aut animũ voluptate diuturna possit allicere. Omnia nãque sunt angusta, fluxa, mortalia, erroris &

inani-

inanitatis pleniſsima. Anguſtus eſt animus (inquit Seneca) quem terrena delectāt. Ad illa adducendus eſt, quæ vbiq; æquè apparent, vbiq; æquè ſplendent. Et hoc cogitandū eſt, iſta veris bonis per falſa & prauè credita obſtare. Quo longiores porticus expedierint, quo altiùs turres ſuſtulerint, quo latiùs vicos porrexerint, quo depreſsiùs æſtiuos ſpecus foderint, quo maiori mole faſtigia cōtignationum ſubduxerint, hoc plus erit, quod illis cælū abſcondat. Supereſt igitur, vt tēporalibus bonis poſthabitis, & inanibus curis relictis, illuc animos transferamus, vbi nō vanitas, ſed veritas eſt: vbi omnia firma, fixa, ſtabilia: vbi ſenectus non eſt, neq; tranſitus: vbi omnia florent, omnia vigent: vbi nihil vetuſtate ſenioq; conficitur: ac Deum deniq; diligamus toto cordis affectu, vt ſempiternis illis fœlicitatibus frui poſsimus, quas præparauit omnipotens diligentibus ſe.

Lib. de cō ſolatio. ad Albinam.

FINIS.

inanitatis plenissima. Angustus est animus (inquit Seneca) quem terrena delectãt. Ad illa adducendus est, quæ vbiq; æquè apparent, vbiq; æquè splendent. Et hoc cogitandũ est, ista veris bonis per falsa & prauè credita obstare. Quo longiores porticus expedierint, quo altius turres sustulerint, quo latius vicos porrexerint, quo depressius æstiuos specus foderint, quo maiori mole fastigia cõtignationum subduxerint, hoc plus erit quod illis cœlum abscondat. Superest igitur, vt tẽporalibus bonis postliabitis, & inanibus curis relictis, illuc animos transferamus, vbi nõ vanitas, sed veritas est: vbi omnia firma atque stabilia, vbi certa securitas est, requies tranquillitas: vbi omnia florent, omnia vigent: vbi nihil vetustate senioq; conficitur: ac Deum deniq; diligamus toto cordis affectu, vt sempiternis illis felicitatibus frui possimus, quas præparauit omnipotens diligentibus se.

Lib. de cõsolatio. ad Albinam.

FINIS.

INDEX EORVM, quæ in his libris continentur.

ABVSVS maioratuum. lib. 3. cap. 2. cum sequen. pag. 80.
Ædificiorũ vanitas. lib. 4. cap. 18 pa. 115.
Ædificia omnia esse caduca. lib. 4. cap. 19. pag. 116.
Ambigui & obscuri differentia. lib. 2. cap. 7. pag. 35.
Ambiguitas quot modis fiat. lib. 2. cap. 8. pag. 36.
Ambigui interpretatio. lib. 2 cap. 10. cum seq. pag. 39.
Arma Christiani hominis. lib. 5. cap. 15 pag. 145.
Arrogans depingitur. lib. 3 cap. 19. pag. 87.
Auaritiæ malum lib 3. cap 2. pag. 80.

B.

BOna quæ sint vinculis primogenitorum aptiora. lib. 1. cap. 20. pag. 20.
Bona maioratus vsucapi possunt. lib. 4. cap. 22. pag. 121.
Bona maioratus ad quos successores pertineant. lib. 1. ca. 23. cum seq. pag. 22.
Bona perpetuò obligata ad anniuersaria sacra maioratus instar obtinent. lib. [illegible]

C.

Casus omissus relinquitur iuris dispositioni. lib. 2. cap. 26. pag. 55.
Casus omissus nonnunquam habetur pro expresso. lib. 2. cap. 27. pag. 56.
Causæ propter quas maioratus fieri possunt. lib. 1. ca. 16. cum seq. pag. 16.
Clausulas litigiosas corrigendas. lib. 2. c. 6. pa. 35.
Clausulas irreligiosas explodendas. lib. 3. c. 12. pag. 37.
Clausulas superfluas vitandas. lib. 1. c. 26. pag. 25.
Clausulas inhumanas corrigendas. lib. 2. c. 5. pa. 34.
Clausulæ contrariæ quomodo interpretandæ. lib. 2. c. 23. cum seq. pag. 52.
Communis vsus loquēdi bonus interpres. li. 2. c. 10. p. 39.
Conditio ferendi nominis interdum remittitur. lib. 3. ca. 10. pag. 75. & 76.
Cōsilium, vt nō oriantur lites ex clausulis maioratus. lib. 1. cap. 26. pag. 25.

D.

Deus nobis consulens facit, vt omnia sint caduca. lib. 5. cap. 1. pag. 127.
Deus disponit vitam principum pro meritis subiectorū. lib. 1. cap. 12. pag. 12.
Diuitiæ molorum multorū causa. li. 3. c. 18. cū seq. pa. 85.
Diuitiæ optimæ quæ sint. li. 5. ca. 3. & 9. pa. 131. & 138.
Dominium verum Dei est. lib. 4. c. 4. pa. 98.
Domus perpetua quomodo ædificanda. lib. 5. cap. 16. cum seq.

seq. pag. 146.

E.

EDucatio mores facit. lib. 5. ca. 5. pag. 133.
Educationis abusus dānatur. lib. 5. cap. 6. pa. 135.
Educatio praua filios & parētes perdit. li. 5. c. 7. pa. 136.

F.

FOEminæ succedunt in regnum. li. 1. c. 8. pag. 7.
Fœminæ maiori præfertur frater eius minor. lib. 1. cap. 9. pag. 7. & 8.
Filij parentibus similes. lib. 1. c. vl. pag. 9.
Filij rectè educandi. lib. 5. c. 3. cum seq. pag. 131.
Filijs virtutes potiùs quàm diuitiæ relinquendæ. libr. 4. cap. 9. pag. 104.
Filius maior an sit meliori præferendus. lib. 3. cap. 3. cum seq. pag. 67.
Fratrum discordiæ vitandæ. lib. 3. cap. 6. cum seq. pa. 71.

I.

IGnobiles ne faciāt maioratus. li. 3. c. 9. pa. 74. et. 75.
Interpretationes vitiosæ quæ sint. lib. 2. cap. 28. cum seq. pag. 58.
Interpretationes obscuri et ambigui. li. 2. c. 10. cū se. p. 39.

L.

LEx quædam regia laudatur. lib. 1. cap. 29. pag. 28.

Maioratus vocabulo quid comprehendatur.lib.1.cap.15. pag 24.
Maioratus origo.lib.1.cap.15.pag.15.
Maioratus & regni successio eodem ordine fit.lib.1.cap.22.cum sequen.pag.21.
Maioratus, cuius origo non apparet, ad quem pertineat. lib.1.cap.24.pag.23.
Maioratus multis modis interire solent.lib.4.cap.20. cũ sequentibus.pag.119.
Memoria bonorum virorum conseruanda.libr.1.cap.18. cum seq.pag.17.
Memoria huius seculi diuturna nõ est. li.4.c.27.pa.125.
Memoria æterna vbi quærenda.lib.5.ca.18.pa.149.
Memoria cupiditas.lib.4.cap.12.cum seq.pag.107.
Mortui nesciunt quid hic agatur.lib.4.c.vlt.pa.126.

N.

Nobilitas ciuilis diuitijs sustẽtatur.li.1.c.17.p.16.
Nobilitati fauendum.lib.3.cap.21.pag.91.
Nobilitas sine virtute inanis est.eod.ca.cum seq.ibid.
Nobilitas ciuilis mortalis est.lib.4.cap.16.pag.113.
Nobilitas vera.lib.5.ca.10.pag.130.
Nobilitas Christiana.lib.5.cap.12.pag.142.
Nomen & insignia.lib.3.cap.10.pag.75.& 76.
Nomen æternum.lib.5.cap.14.pag.144.

O.

Obscuri interpretatio.lib.2.cap.5.cum seq.pa.35.
Officiũ primogenitorũ.lib.1.c.vlt.pa.28.& 29.

Otij mala. lib. 3. cap. 20. cum seq. pag. 88. & 89.

P.

PArsimonia magnum vectigal. lib. 5. cap. 13. pa. 143.

Pater filios inuitos in monasteria detrudere non debet. lib. 3. cap. 8. pag. 74.

Pater ne inequabiliter bona sua diuidat. libr. 3. cap. 5. pag. 69. & 70.

Pater quomodo maioratum optimum faciet. lib. 5. ca. 3. cũ seq. pag. 13[illegible].

Præcepta generalia tradẽda, nõ singularia. li. 2. c. 1. p. 30.

Perpetuitas nõ est in terra quærenda. lib. 5. c. 2. pa. 129.

Perpetuum nihil sub luna. lib. 4. c. 14. cum seq. pa. 110.

Primogenita Hebræorum nihil habent cõmune cum nostris. lib. 4. cap. 1. cum seq. pag. 94.

Primogenitus cur cæteris præferatur. lib. 1. c. 7. pag. 6.

Primogenita possidẽs tenetur alere fratres li. 1. c. 21. p. 21.

Primogeniti cur nõnunquã improbi sint. li. 3. c. 4. pa. 68.

Primogeniti regnum defendere debent. libr. 1. cap. vlt. pag. 28. & 29.

Primogenitorum bona decreto regis alienari possunt. lib. 4. cap. 24. pag. 123.

Q.

QVæstio scripti & voluntatis. lib. 2. c. 16. cum seq. pa.

Reges non sunt sorte creandi.lib.1.cap.3.pag.3.
Regis primogenitus succedit in regnũ.lib.1.c.7.pa. 6.
Reges quas ob causas errare solent.lib.1.c.13.pag.11.
Regis consanguineus succedit post decimum gradum. lib.1.cap.10.pag.9.
Regna intereunt.lib.4.cap.20.pa.124.
Regnum non est diuidendum.lib.1.cap.6.pa.5.
Regni bona non sunt alienanda.lib.1.c.14.pag.13.
Regnum est exemplar maioratus.lib.1.c.22.pag.21.
Rex vnus esse debet.lib.1.ca.5.pag.4.
Reipublicæ interest, vt nobilium primogenita fiãt. lib.1. cap.16.cum seq.pa.16.
Reipublicæ an expediat, vt fiant plurimi maioratus. lib. 4.cap.5.pag.99.
Respublica optima, quæ sit.lib.4.c.6.cum seq.pa.100.

SCripturæ maioratus interpretatio.lib.2.c.2.cũ seq. pag.32.
Sepulchrorum modus.lib.3.c.14.pa.80.& 81.
Solicitudo nimia futurorum culpatur.lib.3.c.15.cum seq. pag.81.& 82.
Status collectiuus.lib.2.cap.25.pag.54.

VIrtus filijs relinquenda.lib.5.c.4.cũ seq.pag.132.
Voluntas inepta nõ est seruanda.lib.2.c.4.pa.33.
Vrbes interire.lib.4.cap.25.pa.123.

Finis Indicis.

SALMANTICÆ

Apud Ioannem Mariam à Terranoua.

M. D. L X V I.